BASSIANI COMPLANI MEDICI LAUDENSIS DISPUTATIO DE AGRIMONIA, SEU…

Bassiano Complani, Bartolomeo Assandri

AD PHILIPPVM III.
HISPAN. ET IND. REG.
POTENTISSIMVM.

M. Aurelij Gallicani Carmen.

Ybricidis ad pontem Cocles certamine ſolus
In Tuſcos ſeruat ſe patriæ, & patriam.
Plurima Complanus medica in Collegia ſolus
Nunc poſtliminio reddit Agrimoniam,
Eupator hinc Ponti Rex, & medicaminis autor,
Complano grates ſoluit, agitq́; lubens,
Magne PHILIPPE, cui Hiſpanus, cui ſeruit & Indus,
Quæ bona ſunt Regum Rex tueare potens.

S I inter ſapientes ſapientiſſimus ille Philoſophus apud homines rerum præſertim cęleſtium rudes,& ignaros,de rebus,quas vix humanæ coniecturę mentis capiebat,ne in ſeipſum lapides cõiecerentur diſſerere timebat, quanto magis PHILIPPE omnium Regum Opt. ac Potentiſs. mihi nunc timendum foret, quando ego, quod multa Phyſicorum celeberrima Collegia maxime aũt Romanorũ Collegiũ in eorum ad Greg. xiij. Pont. Max. medicamentorum componendorũ libro,quẽ Barthol. Aſſandrius Mediola nenſis Protoph. nuper Inſubriæ pharmacopolis præſcripſit, & eo duntaxat vno ſis vtendũ,pęna etiã aureorum centũ indicta,mandauit,pro legitimo, & vero multis,& ijs quidẽ quæ in frequentiori ſunt apud medicos vſu medicamenrum compoſitionibus ſuppoſuerunt,non per præſtigias,ſed luce palã id adulrinum,& falſum eſſe oſtendere conabor:Hocq; quãuis multis videbitur fortaſ temerarium me.ſ.hominẽ nouum,& intra proprios lares vix cognitũ, id notavelle,quod tot,ac tanti celeberrimi,de re medica benè meriti,oculatiſſimi,& imæ notæ viri approbauerunt,& tanquã ſacram aram tenentes, & Iouem lapi iurantes,in id vna mente iurauerunt,vt ego nunc non inter indoctos, ſed doſsimos Corydus ſonare dicar,& benè de me dici,& decãtari poſſit hoc haud epidum Carmen Græcum.

Εἰ κυκνῳ δυύαται κόρυδος παραπήσιον ᾄδειν,
Τολμῷεν δ᾽ ἐρίσαι σκῶπες ἀηδονίσιν,
Εἰ κόκκυξ τέττιγος ἔρει λιγυρώτερος εἶναι,
Ἶσα ποιεῖν καὶ ἐγώ Παλλαδίῳ δυύαμαι.

Suardo meo ita Latinum factum.

Audet ſi cantu Corydus contendere Cygno,
Atthis ſi tecum Noctua certet auis,
Geſtiat & Cuculus ſe vincere voce Cicadam,
Nunc ego par dicar carmine Palladio.

s tamen eoſdem in hac diſceptatione non mihi acerrimos aduerſarios, ſed iu. Iudices, ac integerrimos Areopagitas eſſe volo,atq; conſtituo, quibus ẽt ctatoribus,cũ ex pulcherrima illa Heſiodia lite,&ſentẽtia à Galeno ẽt appro a,hic decertandum eſſe mihi perſuadeã,in qua melior victi,quã vincentis de atur conditio,victor.n.gloriã rem quidem inanem,fluxam, & caducam, quã i ferè ſemper,vel nihili, vel minimi fecerunt. victus verò veritatis agnitionẽ, nulla precioſior,magiſq; optãda poſſeſsio poſt pugnam reportat,nunc au- claſſico,& veritatis patre pro veritate habenda inuocato in arenam lubens endo.

edicamenta per ſe ipſa ex Herophyli antiquiſſimi medicinæ vatis,& in arte ica mirabilis Oraculo,vt nobis ſcriptum reliquit Gal. nihil ſunt,ſed munus, anus Dei ſunt,ſi eis rectè vtentem,rationali methodo exercitatũ, & natura lentem nactã fuerint artificẽ. Felix.n.eorũ erit vſus,ſi ex optimis, iiſq; veris, gitimis conficiuntur medicamentis,qua in re quantũ elaborandũ ſit nos op idemmet docebat Gal. Cum vnius alicuius medicamenti ſimplicis impros ſæpè reliqua omnia corrumpat,verũ multò felicior eorũ erit vſus, ſi medirudentiſs. opportunè,& maturè ea accomodare nouerit corpori laboranrbo,ætati,tempori,& id genus reliquis.Hinc iure meritò Gal. ſapientiſſ.de at,& irridebat medicos diſputantes,an medicamentorum alterum altero

 eſset

esset præstantius,cū oīa medicamenta ex Hipp.medicorum principis sententia ad aliquid & bona,& mala dicuntur, Item & alimenta.

Quatuordecim,ni fallor in libro Antidotarium Romanū,inscripto, numerantur medicamentorū cōpositiones,in quibus oībus Eupatoriū habetur pilulæ .s. aggregatiuæ,Pilulæ Indæ Haly.Pilulæ ex Eupat. Dialacca magna, Diacurc. magna Syrup. ex Eupat.Troch. ex Eup.Troch. ex Absinth. Troch.è Rhabar.Troch. e Rosis,& Eup. Troch. è cappar. Troch.è lacca Troch. ex Aniso primi, & 2. In cuius quidē Eupatorij locū Collegium Romanū Dioscoridis Ageraton semper substituit,Quod benè,an malè actum sit,nobis erit nunc diligenter discutiendū.

Primū videndum erit,quid sit Eupatoriū, quid & Ageraton, quoad eorū nomina notas, & facultates, Deinde an Io. Mes. reuera de facie nouerit Eupat. & Ageraton,Tertiò an idē Io. Mes. sui Eupatorij descriptionem à Diosc. Agerati figura,& descriptione sumpserit. Quartò quis fuerit eorū medicamentorū compositionū autor,vel saltē penes ,quos antiquiores scriptæ reperiantur medicos. Quinto an Ioanne Serapionis.Rasi,Auenzoare,& Auic. Io.Mesues sit posterior. Sextò quinam Doctores medici Græci, Arabes, & Latini antiquiores, & iuniores Eupat. Et qui Agerato,& quibus in morbis debellādis vsi sunt Septimò, & vltimo quis fuerit primus huiusce opinionis nouæ autor, & princeps subrogandi Ageraton,in Eupatorij locū in medicamentorum compositionibus à Io. Mes. in eius Antidot. descriptis.

Eupatorij nomine,& Argemonis radix,& Saluia agrestis dicitur, hæc de Dynamidiis,illa de simplicibus libro vtroq; Gal. ascripto.Itē Saluia agrestis ēt Plateario,à quibus Isaac Heben,Amaran, & magnus speculator dissentit Gentilis, Pentaphyllon Archigeni ex Gal. Cornario interprete,de comp. med. 5. Marrubium Apuleio Madaurensi,vel vt alij. Apuleio Centuripino libro stirpibus dicato. Item Gratiola, Cordo,& Ludouico Mercato,huic de cōi,& peculiari medicamentorum, quæ per vomitum fit indicatione libro, illi verò suis in eius Dispensatorium annotationibus.

Sed his omissis aggrediamur nostrum verum,&Regium Eupatoriū,Idemmet & Græcorum,& Arabum à Corn. Celso inter oēs medicos Latinos primo,& tātum artis peritia præstanti,quantū Romani sermonis puritate insigni lib.5.c.27. ex antiqua,& optima Aldi Romani impressione Lat. & Romano nomine Agrimonia nuncupatū à Plinio ab Eupatore Mithridate oīum sua ætate Regum maximo medicinæ studiosissimo,huius muneris inuentore Eupatoria lib.25. cap.6. A quo etiam eiusd. nominis oppidum conditum lib. 6. cap. 2.

Ευπατωρίον, Græcè Dioscoridi Matth. Ruell. Marcello, Hermol. eius interpretibus Latinè Eupatoria,& Eupatorium lib.2. cap.37.Idem Gal. ita Theodorico Latinum faciente. Idē Alex. & Paullo, Anderico,& Torino vtriusq; interpretibus. Idem Aetio,Cornario vertente. Idem Oribasio, ac etiam hepatoriū, & hepatitis ex optima Rasarij interpretatione,Idemmet Ruell. ex aliorū sententia.

Algafit, Arabicè Rasi, Gerardo ita Latinum exprimēte, Eupatorium,in eius ad Almansorem Synonymis.

Algeffeth. Auenzoari Iacobo Hebreo,seu Pathauino physico vertente,Eupatorium Theysir lib.1. tract. 16. cap. 3.

Aliana Ioanni Serapionis,Gerardo interprete Eupatorium, in eius Synonymis fol. mihi 86. col. 3. vers. 26.

Asisigast. Isaac Israelitæ,Constantino vertēte Eupatoriū pract.2. c.36.de nat. (simpl. medic.

Auctri-

Auctrion Io. Serapionis. Gerardo ita Latinum reddente Eupatorium Tract. 7. de Antidot. cap. 18.

Autron Rasi, eodẽ Gerardo Eupatoriũ in eius ad Almansorem Synonymis.

Cafat seu potius Gafit, vt meus Lugduni manuscrip. codex habet an. M C C. Serapioni, Simone Ianuẽs. seu Abrahã Iudeo interp. Eupator. de simpl. med. c. 77

Cuttenum alias Cuternum Rasi Gerardo Latinum faciente Eupatorij succus in eius ad Almans. Synonymis.

Corurion, seu Cetrum Io. Serapionis, eod. Gerardo, Eupatorij succus Tract. 7. de Antidot. cap. 16.

Gafet Auicennæ, eodẽmet Gerardo, Eupatoriũ. li. & tract. 2. de simp. med. c. 244.

Gafet verò Rasi, Feragio vertente, Pulicaria Cont. li. 21. c. 11. de simpl. nu. 529. Quæ pulicaria ab ipso Rasi Cont. lib. 24. ca. 2. de Synonymis dicitur etiam Arabicè Abaricon fol. mihi 484. col. 2. Tarchama fol. 487. col. 3. Husoracah fol. 492. col. 3. Item eodem Feragio, Pulicaria, & herba pulicũ libro exposit. med. simpl. ex Isaac Heben Amaran sententia n. 498. Quę Pulicaria Rasi eodem lib. 24. c. 2. de Synony. Arabicè etiam dicitur Accatrion fol. 483. col. 2. Hoterrahycon fol. 486. col. 1. Hocatarnos col. 3. Tracha fol. 487. col. 3. Yaly. fol. 488. col. 1. Yhibasi eodẽ folio, & col. Facronos fol. 493. col. 2. Ocarion fol. 491. col. 3. Io. aũt Mesuẽ, antiquo, & Syluio interprete Eupatorium, & ex aliorum sent. herba pulicũ lib. 2. de simpli c. 15. Quæ tamen tria nomina Pulicaria, Herba pulicum, & Policaria non Eupat. vt sibi persuasit. Isaac Heben Amaran, & Feragius interpres vertit, & Io. Mesues credidit, & eius interpretes reddiderunt, sed Conizam, & Policaria quãdoq; Parthenium, vt mox docebimus, reuera sibi volunt.

Gafet Halyabbati, Stephano interprete, Gafeti pract. 2. c. 34. de herb. n. 10. & cap. 36. de med. laxant. num. 583.

Gafit Rasi, Gerardo vertẽte, Eupatoriũ, ad Almansorẽ Tract. 3. c. 54. fol. mihi 61. vers. pen Itẽ Isaac Israelitæ Cõstantin. interpr. pract. 2. c. 36. de nat. simp. med.

Gafit Rasi eodem Gerardo, Eupatorium eius ad Almansorem synony. fol. mihi 263. colum. 4. vers. 2. (17. col. 3.

Gafid Auic. ex antiqua Arabum nominũ expositione Eupat. in synony. fol.

Geffeth. Auenzoari, ex Iacobi Hebrei, seu Pathauini Physici interpretatione, Eupatorium, in eius antidot. in syrupo ad spinam.

Oliuarda eidem Auenzoari eisdemmet interpretibus, alias Geffeth. Theyson lib. 1. Tract. 13. c. 5. Item Ruta Capraria lib. & c. 1. tract. 13. Item Policaria in eius Antidot. in syrupo ad debilitatẽ visus, & in syrup. ad hepatis debilitatem, qua in re eius interpretes non constant, quandoq;. n. Policariã, & Eupat. diuersas plãtas, vt lib. 1. tract. 10. c. 9. de oppilatione nuch. & quãdoq; Geffeth. Oliuardam, Eupat. Policariam, & Rutam Caprariam vnam, & eandemmet plantam esse putant, vt hic, & infrà ex Auenzoare.

Olibarda. Auerroi, Mantino Hebreo ita Latinum faciente Eupatorium Colliget 5. cap. 42. dicta sint.

Hæc de Latino Græco, & Arabo Agrimoniæ, seu Eupatorij, eiusq; succi nomine

Præmisso Eupatorij nomine colligamus eius notas, & differẽtias, quibus eius generi additis constituatur verum, & legitimum Latinorum, Græcorum, & Arabum Eupatorium, ita ab omnibus ferè posterioribus medicis Latinis hoc nomine insignitum.

Plinius, qui primus, vt ipse de seipso memoriæ, & literis mandauit, Latinè de me-

medicinis scripsit lib.28.c.6.Eupatoria Regiam autoritatẽ habet. Caulis ligno si,nigricantis,hirsuti,cubitalis,& aliqñ amplioris,folijs per interualla Quinque folij.aut Cannabis,per ambitum incisis,quinque partito,nigris,& ipsis,plumosisq; radice superuacua .

Dioscorides Anazarbeus Græcus nulli eorum,qui in hac quasi arena desudarunt secundus,& quem omnes Latini,Græci,& Arabes medici in herbarum cognitione,& scientia iure meritò facilius laudare,quam æmulari possunt,Eupatorium est herba fruticosa vnicum efferens caulem,lignosum,nigricantem,rectum, tenuem,hirsutum,cubitalem,interdum ampliorem foliis per interualla Quinq; folij,aut Cannabis potius similibus,quinquepartitò, aut amplius diuisis nigricantibus,per ambitum serratis,semen medio caule erumpens,pilosum,deorsum spectans,quod siccatum vestibus adhæret .

Oribasius Sardianus pariter Græcus,qui Dioscoridem de simplicibus ad verbum non descripsit,sed ad vnguem optimè delineauit, & depinxit, Eupatoriũ fruticosa herba est,virgam vnicam profert,tenuem lignosam,rectam,nigram,pilosam,cubitalem,& maiorem,folia habet per interualla partibus distincta quinque ferè,aliquando pluribus Quinquefolij,aut Cannabis similia,eadem subnigra,in extremitatibus admodum serræ incisa,semen in medio Caule adnascitur subhirsutum infra annuens,quod siccatum vestibus inhæret .

Serapio Arabs fidissimus Dioscoridis in Arabicam linguam interpres, Casat seu potius Gasit.i.Eupatorium est herba,quæ nascitur omni anno,& est apta ad ignem accendendum,sicut sunt sarmenta,& habet virgam rectam,subtilẽ,nigrã duram,asperam habentem in summitate pilos, & longitudo eius est ferè vnius brachij,& plus,& habet folia diuisa ab inuicem circa hastam , & sunt scissa scissionibus quinq; aut sex,& sunt in summitate incisa,sicut serra, & sunt folia eius similia foliis Pentaphyllon,aut Cannabis,& color eorum est tendens ad nigredinem,& in hasta eius à medio supra est semen,& supra ipsum sunt pili, & est declinans ad inferiora pendens in herba ipsa .

Auicenna Arabum Princeps rudi potius quadam Minerua quam exactè , & exarte,& magis ex accidentibus communibus quam propriis Eupatorium diminutè,vt Alceus ex vngue Leonem, descripsit, Imò & quod suo addidit marte v3. Et flos eius sicut nenuphar,etiam ineptè,& confusè, Nenupharis enim duę sunt species,& vna album,altera verò citrinũ producit florem , Eupatorium est ex herbis pilosis,seu spinosis,& habet folia sicut Cannabis,aut Pentaphyllon,& flos eius sicut Nenuphar.

Io. Mesues Damascenus hos inter Arabes tempore,& ordine vltimus . Cuius ea mens,& id consilium fuit,vt ipsemet in eius libri fronte scriptum reliquit,de singulorum purgantium medicamentorum substantia viribus,& noxis ab ipsis impendentibus,& emergentibus agere,obiter tamen, & quasi per transennam eorum aliqua descripsit. Eupatorium est herba longitudinis cubiti, amaritudinis multæ,cuius folia sunt sicut Centaureę minoris viridia,sed sunt aspera,& incisa,& stipis eius est subtilis,& quando siccatur citrinescit , & eleuantur super eum flores,qui sunt sicut subcitrini,longitudinis paucæ. Et sunt quidam,qui dixerunt,quòd Eupat. est herba pulicum,in qua est viscositas adhærens, Et hęc de Eupatorij notis,& differentiis,quas liceat mihi hic veluti in quadam picta tabella paucis colligere, Et rudi quadam pictura apprimè tamen ad captum articulatim,distinctè,& ex ordine disponere .

Agrimo-

Radix Plinio ſupuacua. Auic. lapidẽ renũ cõminuit, Aetio induratũ hepar emollit.

Agrimoniæ.

Caulis ſubſtantia.	Numerus.	Longitudo.	Magnitudo.	Color.
Pli. lignoſa.	Plin. nihil.	Pl. cubitalis & quãq; amplioris.	Pli tenuis.	Plin. nigricans.
Dioſco. idẽ.	Dioſ. unic⁹.	Dioſ. idem.	Dioſc. idem.	Dioſc. idem
Orib. idem.	Orib. idem.	Orib. idem.	Orib ſubtil. ſeu tenuis.	Orib. niger.
Serap. dura	Serap. virg.	Serap. brachij, & plus	Serap. idem	Serap. idem
Auic. nihil.	Auic. nihil.	Auic. nihil.	Auic. nihil.	Auic. nihil.
Meſ. nihil.	Meſ. nihil.	Meſ. cubit.	Meſ ſubtil.	Meſ. nihil.

Foliorũ interualla.	Sciſſio, ſeu diuiſio.	Ambit⁹, ſeu extremitas.	Color.	Tact⁹.
Pl. Quinq; fol. aut Cãnabis.	Pli. Quinq; partito.	Plin. inciſa.	Plin. niger.	Plin. hirſutus.
Dioſc. idem.	Dioſc idem.	Dioſ. idem.	Dioſ. nigricans.	Dioſ. idem.
Orib. idem.	Orib. idem.	Orib. admodum ſerra.	Or. ſubnig.	Orib. piloſ⁹
Serap. idem	Serap. idem	Serap. idem	Ser. ad nigr. tendens.	Ser. aſper.
Auic. idem.	Auic. nihil.	Auic. nihil.	Auic. nihil.	Au. ſpinoſ⁹ ſeu piloſus.
Meſ. nihil.	Meſ. nihil.	Meſ. nihil.	Meſ. cẽt. minoris virid.	Meſ. viſc ex alior. ſnĩa.

Florum color.
Plin. nihil.
Dioſ. nihil.
Orib. nihil.
Ser. nihil.
Auic. nenupharis.
Meſ ſubcitrinus.

Sem. locus.	Modus.	Tactus.	Sem. ſiccatum.
Plin. nihil.	Plin. nihil.	Pli. plumoſus.	Plin. nihil.
Dioſ. medio caule erũpit	Dioſc. ſpectans deorum.	Dioſ. nihil.	Dioſc. veſtibus adhæret.
Orib. idem.	Orib. idem.	Orib. nihil.	Orib. idem.
Ser. è medio ſupra.	Serap idem	Sera. nihil.	Serap. nihil.
Auic. nihil.	Auic. nihil.	Auic. nihil.	Auic. nihil.
Meſ. eleuãtur ſup caulem flores.	Meſ. nihil.	Meſ. nihil.	Meſ. nihil, ſed in herba viſcoſitas adhærens.

Io. Mesues, vt ab ipso hos inter Arabes tempore vltimo, nunc ordine primo incipiamus, hæc de simpl. med. purg. delectu, & castigatione libro, & Theor. primo fol. mihi 10. col. 4. Eupatorium est medicamentum cholagogum, & phlegmagogum fol. 11. col. 1 Hepati familiare, hepar iuuans, hepar noxiis humoribus expurgans hepar, & splenem magis, quam alia membra respiciens, fol. 12. col. 4. Est aliarũ medicinarũ purgantium ad hepar vehiculum. De simpl. med. lib. 2. c. 15. calidum in 1. siccũ in 2. gradu, est cõpositum ex substantia calida subtili, quare est subtiliatiuũ, incisiuum, abstersiuum, mundificatiuũ a putrefactione, & resolutiuũ conueniens sine attractione, & ex partibus terreis, quare est in ipso de stypticitate aliquid propter quod est confortatiuũ, & coadunatiuũ, solutione educit cholerã, & phlegma, & confortat stomachũ, hepar, & viscera, & confert doloribus eorũ. Et est medicina solemnis oppilationũ, & ægritudinũ ab eis factarum. Febribus autem longi temporis mirè subuenit, & cap. 9. cum aqua lactis addit ei ad oppilationum apertionem.

Rasis ad Almansorem Tract. 3. c. 54 de virt. med. Gafit. 1. Eupat hepatis oppilationes aperit, & vetustis febrib. auxilium præbet. Itẽ Cont. lib. 22. de simpl. ca. 11. num. 529. Ex Badigario. Pollicaria appellatur Arabicè Gafit, est tenuis, ideò mundificat, & caret caliditate, & proprietate sua confert oppilationibus.

Serapion in suo ex med. simpl. aggregato libro c. 77. Ex Galeni sent. Eupatorij substantia est subtilis, sapor eius stypticus, & virtute eius prima calefacit, & desiccat, & 2. incidit, & abstergit absq; quod inducat aliquam manifestam caliditatem, & tertia aperit oppilationes quæ sunt in hepate, & confortat hepar.

Halyabbas pract. 2. c. 34. de herbis, & earum virtutibus nu. 10. Gafeti temperatæ est cõplexionis in calore, siccæ verò in 2. gradu, in qua fortis est amaritudo cum ponticitate, vnde aperit oppilationes, quæ sunt in hepate, confortatq; hepar. & c. 54. de diuersit. laxat. nu. 583. Herba Gafeti, & succus eius cholerã laxat nigram, si autem de herba proiiciantur ʒ. 4 aut 5. in decoctione cholerã laxat nigram.

Auicenna lib. & Tract. 2. de simpl. c. 244. Eupat. est calidũ in 1. siccũ in 2. subtiliatiuum, incisiuum, valde & abstersorium sine manifesta caliditate, & in ipso est stypticitas pauca, & ponticitas, & amaritudo fortis, sicut Aloè, & confert hepatis doloribus, & eius oppilationibus, ipsumq; confortat.

Auerroes colliget. v. Olibarda. i. Eupator. valde manifesta in fortificando virtutem hepatis, & aperiendo oppilationes eius, quia composita est ex substantia styptica, & amara, & ideo debemus ponere eam in primo gradu, quia amaritudo in ea est manifestior stypticitate.

Isaac Israelita pract. 2. c. 71. de med. dissolut. Eupat. choleram nigram purgat. Hæc herba si ʒ. v. vsq; ad vij. in apozimatæ bibantur valet quartanæ.

Galenus de simpl. medic. facult. vj. Eupatorium, & herba tenuium partium, incidit extergendi facultatem citra manifestam caliditatem obtinet, quocirca hepatis obstructiones expurgat. Inest ei inde adstrictio quædam perquam visceri robur addit, quem sequuntur Oribas. de virt. simpl. c. 2. Paullus de art. med. lib. 7. Aetius Tetrabib. & sermone primo;

Alexander Aphr. problemat. 1. nu. 152. Constantin. ex pluribus herbis, quæ singulis membris principalibus subueniant singulis, Dictamnum Cordi accõmodatur, quippe quod mirificè cor firmat, atq; conseruet. Eupatorium Iecur adiuuat; scolopendrium lienem.

Arnaldus à Villanoua Medicus sua ætate celeberrimus literarum Arabū non ignarus, qui vixit Alex. III. Pont. Max. anno Dñi M C LX. in suo de simpl. libro. Eupat. est calidum, & siccum, & vt calidum dissoluit, & mundificat & visua nitrosa abradit, c. 17. mollificat virtute non substantia sua c. 18. attenuat, c. 24. incidit c. 25. vrinā prouocat. c. 40. Phlegma digerit. cap. 68. hepar respicit, ab hepate euacuat, hepar corroborat, est aliarum medicinarū ad hepar vehiculum.

Io. Fernelius Meth. med. lib. 5. cap. 23. Eupat. calfacit, incidit, abstergit, peculiaritèr verò Iecoris obstructiones expurgat seruato robore, Diuturnis, & erraticis febribus aptū, & moderato calore peculiariter hepar corroborat, & c. 14 flauam bilem imbecillius trahere dicitur.

Io. Costæus noster Laudensis, de vniuer. stirp. nat. 1. cap. 24. Aliç licet neq; côcoquantur, neq; alant, tuentur tamen aut totum vniuersum corpus, & quam Antiphoram vocant, aut vnam tantum partem sicut Eupator. Iecur.

Quare cum Græci, Arabes, & Latini omnes vno ore, & consensu in eodem Eupatorij nomine, eisdemq; ferè notis, maximè aūt eisdemmet viribus, & facultatibus conueniant, quamuis nonnullis suo quodam Iure Auicennę, & Io. Mes. descriptio à Dioscoridis, & aliorum descriptione videatur diuersa, Dioscoridi tamen. Plinio, Oribasio, & Serapioni vnū, & idē Eupatorium describentibus magis standum foret, quā Auicennæ, vel Io. Mesui, cum in hac veluti [illegible] eorū vterque alienis, & iis quidē variis, & diuersis, diminutè, vel minus eleganter sese induerint pennis omninò confitendum erit, non diuersa esse Eupatoria. Græcorū .s. Auicennę, & Io. Mesuis, sed vnum duntaxat. Ideq; verum, & Regium Grçcorū, Arabum, & Latinorum Eupatorium. De cuius viribus, & facultatibus hæc nunc dicta sint.

Audito iam Eupatorij nomine, eiusq; notis, & facultatibus ne Agerato, cui ob florum potius speciem, & elegantiam, quam eximias eius in medicina dotes, & vsum id nominis inditum est, iniuria fiat, de eius quoq; nomine, notis, & viribus nunc nobis tempestiuè edisserendum erit, verum cum Ageraton etiā de lapide à Galeno cum alibi, tum maximè sexto de composit. medic. libro quasi nunquā senescens dicatur, de Agerato herba, seu flore noster erit sermo, cuius sex a recentiorib. herbariis referuntur species, seu genera, vnum ab Andrea Marino in suis in Io. Mesuem Annotationibus, quod P. Antonio Michaelio Veneto plantarum studioso acceptū refert. Duo sed caulium numero, & foliis inter se differentia à Matthiolo, ipsiq; vulgò Herba Giulia suis in Dioscoridem Commentariis. Vnum à Dodoneo ab his omnibus caule, foliis, & vmbella longè diuersum, quam Balsamitam minorem vocat inuentu rariorem, Herbamq; Giuliā, & Dioscoridis Ageraton dissimiles esse stirpes in sua Coronariarum, odoratarūq; herbarū historia contendit, Duo etiam alia a Dalecampio in magno plantarum historiæ volumine ab iis etiam omnibus dissimilia obseruata referuntur. Ex quibus quidnam sic verum Dioscoridis Ageraton adhuc pendere lis videtur, & sub Iudice esse, De quo hæc, vt infrà, notentur ad verbum.

Dioscorides lib. 4. cap. 54. Ageraton fruticosa est herba palmari longitudine assurgens, simplex, humilis origano maximè similis, vmbellā gerit, in qua flos bullis aureis emicat Helichryso minor, nomen ei inditum est, quoniam diutissimè flos in sua coloris specie conseruatur, vis decocti feruens, huius vstæ nidor vrinam ciet; vuluæque durities emollit.

Plinius lib. 27. cap. 4. Ageraton ferulacea est duorum palmorū altitudine, ori-

gano similis, flore bullis aureis, huius vstæ nidor vrinam ciet, vuluamq; purgat tanto magis insidentibus. Causa nominis non hæc, sed quoniam diutissimè non marcescit.

Galenus de simpl. medic. facult. sexto. Ageraton facultatem digerendi habet & leniter quadanteaus phlegmone liberandi, quē sequuntur Oribasius, Paulus, & Aetius eius simiæ.

Antonius Passinus optimi iudicij medicus Agerati caput Dioscoridi accreuisse ex modo eo vtendi Dioscoridi inusitato animi non ab re pendet, Hæc de nomine, notis, & viribus serò senescentis floris Glyceræ potius Coronariæ Pausię pictori admodum dilectæ, quam medicis expetend. dicta velim, quem tamen florem ego nec etiam in Mithridatis Eupatoris Regis sanctuario Eupatorij loco, si Eupator. deperiisset, reponendum, duxissem optimū, sed ex ipso Io. Mesue Absinthij, & Assari singulorum pondus dimidium.

Herculc iam iniusto duce sagittis, & igne hydram ipsam in ipsa lerna palude latitantem aggrediamur. An .s. Io. Mesues de facie, & oculata fide cognouerit Eupatorium, & Ageraton.

Duo sunt, nō rei ipsius vitio, sed vel auctoris errore, vel librarij culpa, vel interpretum inscitia in ipsius hydræ cauda, quandoquidem Cauda de vulpe testatur & vt etiam ab ipsa Cauda corium scindere incipiamus, sese nobis offerunt expediendi nodi, vnus quænam reuera sit herba pulicum, seu pulicaria apud Arabes, seu Arabum interpretes, Alter verò an in Eupat. & Agerato insit viscositas adhærens, de quibus Io. Mesues in calce descriptionis sui Eupatorij, quibus nodis dissolutis, & pulices excutientur ab Eupatorio, & Agerato, nullusq; in ipsis lentor, seu viscositas reperietur. Hydraq; ipsa veneno destituta tandē dabit manus, & Diosc. Eupat. porriget non Ageraton.

Rasis Io. Mesue antiquior. Cont. lib. 22. de simpl. cap. 11. nu. 529. fol. mihi 453. col. 1. vers. 35. Hęc ita ad verbum. Pulicaria appellatur Arabicè Gafet, & quicquid ibi ex Diosc. Gal. & aliorum sententia refert ad vnguem Eupat. conuenit: Herba verò pulicum, & policaria dicitur ab Isaac Heben Amran, quem laudat, & æmulatur idē Io. Mesues, & de capit. ęgrit. lib. 2. summa viij. c. 8. 11. 16. 18. sect. 2. & summa 1. de fauc. ęgrit. cap. 6. summa ij. de medic. ægrit. pest. & pulm. c 1. 4. A quo fortè fortuna pulices, & lentorē sui Eupatorij imprudenter collegit, & à quo etiā, non tamen opt. artifice, expressam mutuatus est figuram. Cuius verba ita ad verbum a simpl. medic. Helkaui secundū capita literarum Arabicorū expositore, Feragio ita Latina faciente, referuntur nu. 498. fol. mihi 536. col. 1. Policaria Arabicè appellatur Gafet, & Isaac dixit, quod est arbor parua, longa admodum vnius cubiti, & plus habens virgulta bruna, & rotunda, & flores citrinos, dum fuerint virentes, & quando siccantur, albi fiunt, & folia viridia, aspera longa admodum pollicis, & lata, adhærent manibus quādo tanguntur: & policaria tres habet species. vna species eius habet folia magna, & colorem cinereum, adhæret manibus, & flos eius est citrinus, & est humidior aliis speciebus, & de ea fit succus. Et appellant Arabicè Husarat Elgafit. Et est alia species habens folia parua, & subtilia, & dicitur phalesuna, & virgulta habet collecta, vt ozimum, & flos eius est paruus, & odor, vt odor alterius speciei, oritur in æstate. Et est alia species appellata Muscina, eo quod adhæret manib', & Arabicè Elgharar, & ista est herba pulicum, & secundum Hispanos appellatur Centaurea, & non est verū, Item secundū aliquos translatores est Eupat. Hactenus Isaac, vt refert idem Expositor.

positor. Qui Isaac quantū in nomine,& Eupatorij speciebus lapsus sit hinc facile conijci potest si quidem quam herbam Eupat. Et a police, quem æmulantur eius folia, policariam forte vocat, conizam esse his maximè rationibus affirmari & comprobari potest. Primo .n. a re ipsa Coniza pulicariæ nomen sortita est, vt idem nomen a seminis, non autem folij cum pulicibus similitudine Psylliū, Nam Diosc. habet. Conizæ suffitu, & substratu pulices necari, quod a nullo rei herbariæ scriptore, vel ab effectu vel a seminis cum pulicibus similitudine, quod sciam de Eupatorio, aut Agerato scribitur, 2. viscositas adhærens in Coniza duntaxat minori, eademq; fœmina, non in aliis speciebus, nec etiā in Eupat. ipsoq; Agerato reperitur, cuius Conizæ minoris folia trita mellis odorem habēt, digitis eius tactu inuicem cohærentibus, quod Plinius rerum naturæ studiosissimus de Cunilagine, & Ruell. de Coniza minori; quæ vna & eadem est, scriptum reliquerunt, & nos sæpius idemmet in eadem Coniza minori Castioni in Agro Laudensi obseruauimus. Tertio tria Conizæ genera a Diosc. vero plantarum parente, & alūno numerantur, non aūt ipsius Eupatorij. vt idem Isaac, nec etiam Agerati, quorum vtriusque vnum duntaxat genus ab omnibus antiquis & peritissimis herbarum scriptoribus vno consensu statuitur. Hocq; imposuit Feragio Gafet apud Rasim, & Pulicariam, & policariam, & herbam pulicum , & Iacobo Hebreo , seu Pathauino Phisico Geffeth, seu Oliuardam apud Auenzoarem policariam vertētib. sed multo magis imposuit Isaac, Hebē Amaran, & Io. Mesui Guffet.i. Eupat. & herbā pulicum, siue pulicariam, siue policariā plantas dissimiles, vnam, & eandemmet esse sibi persuadentibus, Herba .n. pulicum, pulicaria, & policaria a medicis, & optimis interpretibus Latinis, vt nunc Psyllium omittam, Coniza vocat vt Theodoro in Theophrastum lib 6.c.2. Ruell. de stirp. nat. lib. 3.c.63. Matth. in Diosc. lib 3.c.119. Marcello, & Hermol. in eundem. eodem lib. c. 128. Plateario de med. simpl. in littera c, cap. 7. Quæ Coniza Arabicè non Gaffet, sed Chichuanu meo periculo, & pignore deposito dici certarē, de qua Auic. lib. 4. Fen. vj. tract. 3.c.12. de effugatione pulicum, Gerardo, & Belunensi herbam pulicum vertentibus, non tamen, vt aliqui sibi voluerunt Psylliū, quandoquidē hæc non ab effectu, vt Coniza, sed a semine pulicibus simile, & herba pulicum, & pulicaris, & pulicaria nuncupatur, Arabicè autem Rasi in eius ad Almans. Synony. Alefinis, seu Alephis, seu Alphius, in eius Helchaui Synony. Atsed. Allay. Fasolion, & Ricalon, Serap. de simplicib. Bazarachatoma, Auic. Bezer Cothune, Arnaldo aūt à Villan. Policaria est verum Diosc. non Cor. Celsi, Parthenium. Breuiar. lib. 2.c.42. li. 3.c.1.& lib. 4.c.27.& de simpl. c.24.& 40. Idem & Constantino Isaac Israelitæ interpreti pract. 2. de grad. med. secūdū ord. alpha. & li. 3.c.35. de Quart. in Troch. Hedycrois , Hinc igitur optimè, satis, superque colligi potest Ioann. Mesuē vt Eupat. aut Ageraton plantas dissimiles, nec vulsas, nec hærentes de facie acerrimo oculorum sensu vidisse, nec extremis digitis , ne dicam manibus tetigisse, quas plantas si oculis vidisset, si manibus tractasset, id siue de Eupat. siue Diosc. Agerati nomine, & lentore, quas notas ex Isaac Heben Amaran sent. suo addidit Eupat. dissimulasset, & eò magis quando quas paucas inter multas plantarū Figuras Io. Mes. arrepto veluti extincto foculo carbone delineauit, vt diligentissimè Manardus, Matth. & nos obseruauimus, in multis deliquisse constat, vt non ab re etiam ab eodem Manardo in Eupatorij descriptione memoriæ proditum fuerit, Non facilè fuerit diuinare, quamnam herbam hoc loco pingat Mesues, ac si dicere vellet.

Humano capiti ceruicem iunxit equinam.

Sed tamen pace Manardi viri alioqui oculatissimi, quoad folia Centaurij tenuis, & Eupatorij, quę ipse putat dissimilia, quantum Centaurij a Cannabis folijs, illi assentiri non possum, nec debeo, quoniam illa Io. Mesuis verba, nisi & ipse fallor, referuntur duntaxat ad foliorum vtriusque colorem, non autem ad alias qualitates, quod nobis perbelle, palam facit illa coniunctio, sed, aduersatiua, & illa verba minoris viridia, sunt absque vllo connectenda comate, & ita legenda. Cuius folia sunt sicut Centaurij minoris viridia, sed sunt aspera, & incisa, quem foliorum colorem viridem, & florum citrinum & Isaac, quem Io. Mesues æmulari studuit suo ascripsit Eupatorio. Et hęc de eo quod fuit secundo propositum loco.

Quinquaginta, ni fallor, Doct. Medici tū ex Gręcis, tū ex Arabibus numerātur nobis, quorū snīæ aut medicamēta, aut medicamentorū cōpositiones seu formulæ ad verbū referuntur à Io. Mesue in eius, quę ad nos peruenerunt scriptis, inter quos trigesies, & eo amplius ab eo citatur Dioscorides lib. Simpl. med. dicato c.17. de hyssopo. cap 20. de Psyllio. c.12. de Asaro, ca.24. de volubili, & de med. viol. & molestè purgant. lib. & ca.3. de Agarico, c.4. de Colocynth. c.5. de polyp. ca.18. de Sarcocolla, c.20. de Euphorb. c.22. de Mezereon. c.24. de luf. c.25. de Alfessera. c.27. de Aristolog. c.28. de Albemesu. ca.29. de Albrahin, in quibus locis quicquid ex Diosc. obseruat Io. Mesues, ne verbum quidem Pedacius Dioscorides, quod etiā optimè animaduertit oculatissimus Manardus, sed nec quæ mox a me subiicientur ad verbum, facta locorum collatione, & examine conceptis verbis, nec præscripto componendi, aut vtendi modo, vt aliorum Doctorum loca sibi inuicem respondent. vt de ægrit. capit. lib.2. summa 3. cap.2. de soda calida. Dixit Diosc. succum extremitatem vitis imprimis cum nascuntur cum farina ordei distempera, & oleo rosato, & lini ex ea super caput, & expertum est, &c. Et cap.3. de soda frigida. Diosc. ex cinere, & aceto fiat permistio, & decoque in olla, & liniatur ex eo, expertum est. Item eodem capite, Diosc. expertum est, succo apij calido capite linito resoluit sodam. Et cap.4. de caput purg. Diosc. dixit fiat caput purgium cum aqua sampsuchi, & resoluit sodam frigidam, & hemicraneam cap.18. de vigilia, & Sahara, Dioscor. terantur semina papaueris onciç duæ, aut ex corticibus, & seminib. vncia vna infundet super ipsam aquæ fontium libra semis, deinde post horas sex, aut octo mulgeatur ex eis aqua, & propinetur in sero cum zucharo, Et facit somnum soporis bonum. Item eodem capite Dioscor. opium cum oleo suppone, somnum facit, & propriè cum licinio, sed est timorosum ca.27. de Epilepsia. Dioscor. leporis coagulum, si bibatur, confert Epilepsię, quod magis acceptum referendum est filio Mesue, vel Paullo, quorum fuit studiosus quam Diosc. & similiter Asininum hepar assatum, & comestum in ieiunio. Idem refertur à Rasi Cont. lib.21. c.7 nu.237. Asininum hepar assatum, & comestum ieiuno stomacho curat Epilepsiam. & summa iij. c.1. de ægrit. neruorum. Diosc. Zinia secundū omnem eius administrationis modum malam neruorum complexionem alterat, & confortat, & iuncturarū doloribus similiter cōfert, propriè comesta cum vitellis ouorum, & saluia, & ponitur in decoctione hydromelitis, & confert mirabiliter, &c. & summa v. c.1. de ęgrit. oculorum Diosc. dixit, quòd comedere carnes, auium, quæ de rapina viuunt visum corroborant, & similiter sorbitionis iuriūm ipsarum, & asseruit etiam quod ius serpentum, & caro ipsorū conseruat visum, & dixit &c. & cap.12. de Algarabat oculorū Diosc.

Accipe

Accipe ex foliis chamedryos ficcis,& tere contritione vltima,& fac ex eis fiᵭtũ succo solatri,& vtere,& summa vj.cap.2. de narrat. medic. ad dolorem aurium, Diosc.Accipe radicem,quæ commeditur,& calefac super cinerem,&calidã mitte in aurem,& fac multoties. Idẽ,&c. & summa vij. cap.1. de ægrit. nariũ. inquit Diosc.Darsisahan secundum omnem administrationis eius modũ,est ad hoc medicamen expertum,cap.1.de fluxu sang.narium,Diosc.Asinini stercus siccum,& recens insufflatum in nares,& odoratum stringit fluxum sanguinis cum virtute sua.cap.6.de polypo, Diosc.medicamen auferens polypum narium,& omnẽ ad ditionem carnis in eis,& hemorrhoidas narium cancrosas. Accipe semen luf, & tere cum succo malorum granatorum coctorũ cum cortice suo,& liniatur super polypo in circuitu eius,est.n.medicamen bonum &c.,& summa viij. cap.1. de ægrit.oris.Diosc.ad scisuras labiorum.Accipe gallas,pulueriza sicut Alchol misce cum melle,& vtere,aut &c.cap.2. de vulneribus,& vlceribus. gingiuarum Dios. acetum decoctionis colocynthidis,aut fructi Tithymali, & colluxio facta ex eo confert putrefactioni,& vlceribus gingiuarum,& similiter.&c.& cap.14.de mol lificatione linguę. Diosc.Hueg secundum omnẽ modũ eius administrationis est medicina propria mollificationi linguæ,& paralysi eius,& similiter &c. & summa ij. c.1. de ægrit. pect. & pulm.Diosc.dixit.Aquam decoctionis ficuum, hyssopi siccæ, fænugræci esse mundificatiuum bonum pect.& pulm.aut aquam &c. cap.4. ad tussim catarrhalem. Diosc. dixit,quod fructus Algipur antiquus assus, igni deinde comestus in sero cum melle confert tussi difficili,& laboriosæ. ca. 6. de fluxu sang.ab ore. Dioscor. portulacæ sanguinis sputũ sedat ex pulmone, & propriè masticata.

Quare hæc vel sunt mera Io. Mesuis in somnia,vel aliũ a Pedacio habuisse Dio scor.autorem,nobis etiam inuitis,& nolentibus confitendum erit, quod tamen adhuc a nemine,quod sciam animaduersũ fuit,& quem Arabem fuisse non nega rem,Galenoq; Oribasio.Sabur. Benmesuy , Isaac Heben Amaran, & Badigario posteriorem,& de morbis eorũq; remediis ordinatim,& distinctè egisse, & quã plurima a Dios.Græco excepta,& selecta medicamẽta paucis vel sublatis,vel ad ditis,vel mutatis in formulas digessisse omni asseueratione affirmarem, si vera sunt,quæ scripta monumenta nobis reliquerunt Constantinus Africanus in suo Viatico,& Rasis in eius Continenti,cuius Constantini verba maxima autẽ lib.7 de febrib.c.5.de Quartana hæc sunt.Diosc.dixit,si significationes dictæ de pura cholera nigra dabunt intelligere, regatur infirmus digestibilibus, & cibis diure ticis,sicut scariolæ, marat[illegible]apij, quę omnia coquãtur,& colentur,cũ oximel. le aromatico,& melle rosato,Rasis verò his præcipue locis lib.& c. 2. de ægritu. oculorum Diosc.in libro virtutis animalium.Aloe desiccat humidos oculos,lib. 3.c.7.de casu,& Apost.vuulæ fol.72. col.4.vers.8 Diosc. dixit, si incisa fuerit vu la,& in ea fuerit phlegmone inde sequentur apostemata magna , & emissio sanguinis,& similiter,&c.lib.4.de vlcer.pulm.cap.2.sicut dixit Diosc.quod si caput fuerit repletumvehementer minutio fiat in vena cephalica,deinde purgatio fiat ad mundificandũ caput,si fuerit sine febre,sed si leuis fuerit febris purgatio fiat. sic Rec.Turbith, &c.lib.13.c.2.de cancro vlcerato,& non vlcerato.Dioscor.Gal. lac generaliter sanat omnia vlcera cancrosa,quibus opportuna est mitigatio do lorum per se solũ,cap.3.de apostem.molli Diosc. Galenus vidi plures patiendo excitationem,vel inflationem mollem illinire ipsorũ corpora cum luto pluries, ac &c.Item Diosc.Assungia porcina mista cum calce,aut cinere dissoluit aposte

mata

mala phlegmatica iuxta quod composuit Sabur. &c. cap. 4. de exituris Diosc. de summis modorum febrium dixit, De signis malæ maturationis erit, si manantes humiditates de exitura fuerint diuersæ in contento, colore, & odore, &c. cap. 6. de vulnerib. neruorum. Diosc. medicinæ conferentes contusioni partis mediæ musculi conferunt contusioni carnis, sed quæ conferunt contusioni extremitatũ musculi conferentes sunt neruorum, &c. cap. 8. de vlcerib. Diosc. Galenus in libro Megategni, Humor ex quo fit corrosio superuenit post cancrum ex grosso humore ex quo factus erat cancer. cap. 9. de fistulis. Diosc. medicamen quod fit de succo liliorum alborũ cum aceto, & melle, sicut est in capitulo generationis carnis, cap. 10. Diosc. cerotum hoc prohibet, & repercutit, Rec. Troch. confect. ex cort. myrti, vt descripsi in capitulo combustionis ignis, &c. lib. 14. c. 3. de medic. carnem generantib. Diosc. Dixit Galenus quodlibet medicamen abstergens modicè confert in generatione carnis, &c. Item in Tractatu Dioscorides dixit vlcus non concauum optimè conseruare debet carnem attinentem ei imminentẽ in sui natura, nullo imposito inter vtramq; separatam partem, quod prohibere possit glutinationem ipsius, ad modum olei sordiciei, pulueris, terræ, & similiũ, vnde &c. c. 4. de punctura neruorum Diosc. Isaac Granatum dulce coctum in vino, & superpositum mitigat dolorem ex apostemate, &c. lib. 15. c. 2. de laxitudine articul. Diosc conuenit super hoc Gal. & Oribas. oleum Alcãnæ confert fracturæ ossium. Item Diosc. dislocatio, diuersimode fit, aut ex casu, aut ex extensione, aut ex concauitate, aut ex manatione humiditatũ ad pixides ossium, in quibus sunt capita articulorum. cap. de vlceribus. Diosc. dixit Radigarius propriè cãnæ Napti attrahunt spinas de fundo corporis, c. de diminutione. seu phlobotomia; Diosc. dixit, manifestaui in libro repletionis, quod repletio fit bipartita aut secundum virtutes, aut secundum concauitates &c.

Quibus diligenter veluti trutina quadam perpensis alium a Pedacio Dioscoride medicum fuisse, quem obseruauit, & in suis scriptis laudauit Io. Mesues, nõ autem, vt aliqui falsò sibi persuadent, ad eius manus quædam duntaxat Diosc. fragmenta, & collectanea peruenisse palam omnibus factum censerem.

Ad hæc si Io. Mes. Agerati figuram, & descriptionem, vt ẽt aliqui contendunt à Pedacio Dioscoride quem nec legit, nec vidit; desumpsit, cur non eadem præscriptæ lineamenta notauit, & descripsit, & cur magis circa comunes, & falsas notas, quam proprias, & veras laborauit, de amaritudine. n. de foliis stipitis, sicut Centaurij minoris viridibus, sed incisis, & asperis de stipite ficeo citrinescente, de floribus longitudinis paucæ, de. florum super stipitẽ eleuatione, quòd herba pulicum dicatur, de viscositate ei adhærente, ne verbum quidem Dioscor. notas autẽ, & differentias proprias, & veras verum Diosc. Ageraton constituentes omisit, maxima. s. cum origano similitudo, ombella in qua flos bullis aureis emicat Helichryso minor, quique in sua coloris specie diutissimè conseruatur, sine quibus quidem notis, & characteribus Ageraton esse non potest. Summa. n. eius natura, vt de Amarantho nobis optimè scriptum reliquit optimus rerum naturæ indagator Plinius a nomine est, de qua Agerati floris nominis rõne, & Diosc. & idem Plinius in eius historia, & descriptione, & lapidis Agerati Galenus.

Quare cum notæ, & differentiæ a Diosc. Agerato, & à Io. Mes. Eupat. assignatæ diuersæ sint, nec sibi inuicem respondeant diuersas rerum naturas significari nolimus, velimus, nobis ipsis confitendum erit, & Io. Mesuẽ Eupatorij Diosc nõ Agerati figuram describere voluisse, quod sola etiam florum vtriusq; differentia,

&

& figura nempè flos lógitudinis pauca in Eupat. subcitrinus, & vmbella in qua flos bullis aureis emicat Helichryso minor. in Agerato, nobis satis bellè indicat quod verò de Eupatorij amarore inter eius notas addidit Io. Mesues, cum id, nec extremis quidem digitis, ne dicam primoribus labiis attigerit, ex Auicennæ fortasse, quem etiam secutus est, addidit sententia, & hæc de eo quod fuit à nobis propositum tertio loco dixisse volui.

His ita præmissis mouendus est omnis lapis, & funis, studioseq; & omni cura, & diligentia inuestigandum venit, quisnam earum medicamentorum Compositionum fuerit inuentor, vel saltem penes, quos medicos vel Latinos, vel Græcos vel Arabes scriptæ reperiantur, quod fuit quartum in ordine propositum, vt si eisdemmet vtimur, & nos medicamentorum cōpositionibus, quibus vsi sunt earum autores, & antiquiores medici, sine vlla controuersia, vno omniū ore, & cō sensu nobis etiā ipsis eisdem medicamentis simplicibus vtendū erit in ipsis medicamentis, compositis conficiendis, Hocq; meo equidem iudicio erit tanquam ponere falcem ad veram radicem.

Nunc ex Antidot. Romano eligantur, & legantur pilulæ ex Eupat. Io. Mes. maiores. ℞. Aloes ℥. v. Rhabar. ʒiij. suc. absinth. suc. Eupat. Mes. myrabol. citrin. an. ʒiij. mastiches ʒ. 1. croci. ʒ. 5. confice massam cum succo Endiuiæ.

Proferantur Io. Serapionis pilulæ de Antidot. Tract. vij. c. 17. fol. mihi 64. col. 4. vers. 31. ℞. Aloes, succ absinth. suc. Eupat. Myrabol. citrin. omnium an. ʒ. iij. mastícis pondus ʒ. 1. croci, ʒ. 5. Raued seni ʒij. terantur, cribellentur, & conficiantur cum aqua Endiuiæ, & fiant pilulæ.

Hæ licet a superioribus Aloes, & Rhabar. modico duntaxat varient pondere, hæc tamen modica variatio, non tollit, nec facit, quin earum Comp. Ioanni Serapionis ascribatur.

Pilulis deglutitis, & iam concoctis aggrediamur Troch. è lacca ex Antidot. Romano. ℞. Absinth. Amygd. Amar. Anis. Apij Aristol. long Asari. Berber. Costi. suc. Eupat. i. Agerati. suc. glycirrizæ, laccæ i. cancami, rhabar. elect. Rubię, schinanti an. ʒ 1. tritis omnibus diligenter ex vino decoctionis Absinth. aut Eupat. confice Trochiscos.

Prodeant Io. Serapionis Troch. è lacca de Antidot. tract. vij. ca. 18. fol. 69. col. 1. vers. 64. ℞. laccę mūdæ, rubię, anis. sem. apij. absinth. asari, amygd. amar. excort. costi Raued Arist. long. succ. Eupat. suc. liquer. suc. Berb. omniū partes æquales, terantur, cribellentur, conficiantur. Troch.

Auicenna Idemmet ad verbum habet, apud quem nisi, & forsan librariorum culpa, Raued desideratur, lib. 5. summa 1. Tract. 8. fol. mihi 543. F. Halyabbas eidem pondus sequitur, reliqua ferè ad verbum pract. lib. 10. cap. 14.

Tertio, & vlt. loco postquam vna scutica omnes impellit, relictis riuulis, & primis, & Aniso Troch. adeamus fontem ipsum. i. Io. Mesuem, hauriatq; eius Troch. ex decem simplicib. Rec. Anis. succ. Eupat. an. ʒ iiij. mastich. spicę Apij. absinth. Rom. Asari. folij, an. ʒ 1. amygd. amar ʒ 15. Aloes ʒij. cōfice cū decocto absinth.

Audiātur Troch. ex decem medicinis Io. Serapionis de Antidot. Tract. 7. c. 18. f. 69. col. 1. vers. 38. R. Anis. succ. Eupat. an. ʒ iiii. asari. folij Indi, absinth. sem. apij. spicæ, amygd. amar. excort. mastícis omnium an. ʒ. 1. Aloes ʒ ii. terantur, cribellē tur fiant Troch. cum decocto absinthij.

Auicennæ Troch. ex decem medicinis idem ad verbum habent lib. 5. summa 1. Tract. 8. fol. 543. G.

Cæte-

Cæterum hic consultò omissis, quæ passim, & sparsim a medicis, de quibus infrà, ad varios morbos de Eupatorij scribũtur viribus. Ecce quinquaginta ex ipso Io. Serapionis de Antidot. libro medicamentorum cõpositiones, in quas ingreditur Eupatorium, quarũ nomina hæc sunt, lichelchelengi, confectio hepatica mirabilis Athanasia maior, Athanasia minor, Diafaraficon, cõfectio ad hydropem, medicina alleuians vrinam, medicina solutiua ad isteritiã mirabilis, medicina ad isteritiam, & incipientem hydropem. pilulæ ex Eupat. pilulæ ad febres antiquas, pilulę ad febres antiquas, hepatis dolorem, & hydropem incipientem pilulæ ad febrem, dolorem hepatis, & splenis, pilulæ aliæ ad febres antiquas, pilulæ ex Eupat. ad dolorem hepatis, & isteritiam, pilulæ ad febrem quartanã, pilulæ ad febrem tertianam, & quartanam, pilulæ ad ventositatem hæpar lędentẽ, pilulæ ad omnes febres, pilulæ Indæ, quæ dicuntur Alnaia, pilulæ ad hydropem, pilulæ ad hydropem, quę soluunt cum virtute: Troch. auctrion. i. ex eupat. Troc. è Berber. Troch. alii è Berber. Troch. ad febres, Troch. è Raued Troch. è lacca. Troch. ad febres antiquas. Troch ex Aniso. Troch. ex decem medicinis, Troch. ad febrem quartanam. Troch. ad spleneticos, Troch. alij ad spleneticos, suffuf ad hepatis dolorem, decoctio, ex Eupat. decoct. ad febres acutas, Decoct. ad febrẽ antiquam Decoct. ad febrem phlegmaticã. Decoct. ad reliquias febris, Decoct. ad febrem phlegmatis, & choleræ. Decoct. ad reliquias febris tertianæ, Decoct. ad reliquias febris hemitritei, Decoct. alia ad hunc modum, Decoct. ad febrem phlegmatis, Decoct. alia ad febres antiquas, Decoct. alia ad dolorem hepatis, Decoctio cum serapino ad hydropem, Decoct alia ad hydropem. Aliud quod abstergit faciem.

Ecce decem ex Rasi in eius diuisionum Antidot. in quo, vt ipsemet fatetur, & testatur, præclaræ, & ex medicinis electæ duntaxat continentur cap. 37. de med. hepat. Troch. è Rhabar. Troch. alij è Rhabar. Troch. è lacca. Troch. è Mezerior. Diacurcuma maior, pilulæ è Rhabar. pilulæ ex Agarico, cõfect. è lacca Confect. Chelechengi. Item cap. 38. pilulæ expellentes istericiam fortiter.

Ecce quindecim ex Halyabbate lib. 10. pract. 15. Electuarium Cabadi Regis, Athanasia, Athanasia minor, Decoct. Epithimi, Decoct. choleram, & phlegma emittens, Aqua radicum, Infusio purgans inferius, Infusio Aloes, pilulæ ad Quartanam, pilulę ex Eupat. pilulæ Metrani. Troch. è Berber. Troch. è lacca, Troch. ex absinth. Troch. Gafeti. Troch. è Rhabar.

Ecce triginta duæ ex Auicẽna in eius quinto de medicina libro, seu Antidot. quæ sunt, scelite Athanasia magna, Athanasia minor, Diacurcuma maior, Alchechelengi, Confectio Kabris, confectio Condari, Troch. è rosis, Troch. è rosis cum spica, Troch. è Berber. Troch. alij è Berber. Troch. alij è Berber. Troch. alii è Ber. Troch. ex Absinth. Troch. ex Eup. Troch. è lacca Troch. è Rhabar. Troch. ex Aniso, Troch. ad hydropem, Troch. è rosis, & Eupat. Troch. alij è lacca, Troch. ex decem medicinis, Troch. ad febres antiquas, Decoctio Eupatorij. pilulæ ex Eupat. pilulæ ad paralysim, pilulæ è Den, pilulæ aggregatiuæ, filij Hilgeben, pilulæ ad febres eronicas, pilulæ aliæ ad febres eronicas, pilulæ aliæ ad febres eronicas, suffuf ad hydropem incipientem.

Ecce etiam viginti nouem ex Io. Mesue in suo Grabadim, siue magis Latinè, ex gratia Dei inuento Antidot. Diacurcuma, Dialacca, Elect. è Rhabar. Athanasia magna, Hiera Hermetis, Elect ex Eupat. Decoctum Thimi, Decoctum Itycados, Decoctum Eupatorij. Troch. è rosis, & Eupatorio Troch. è Rhabar. Troch.

ex

ex Absinth.Troch.ex Eupat,Troch.anisorum,Troch.ex decem simplicibus.Tro. cancami.i.lacca,Troch.è cappar.catapofia polycresta.catapofia polycresta minora,catapofia ex Eupat. maiora,catapofia ex Eupat.minora, catapofia ex hali cacabo,catapofia Philagrij,catapofia Haly Inda,catapofia ad febres biliosas.

Ex quibus omnibus viginti nouem medicamentorum compositionibus Eupatoriũ recipientibus idemmet Io.Mes.vix vnã,aut alteram agnoscit,aut facit suã, Nullum aũt nec hic, nec alibi sibi peculiare facit, aut agnoscit Eupatorium,& quod peculiare sibi,vt voluit doctissimus Matthiolus habere poterat Eupator. aut Ageraton,cum neq; hoc,neq; illud de facie nouerit,nec de Eup. ipsi, vt idẽ Matthiolus sibi persuasit,Dioscorid.Agerato,aliquod periculum fecerit.

Ecce demum quadraginta octo,& eò amplius ex Nicolao Myrepso Alexandrino Græco medico celeberrimo in suo de medic. compositione opere, Athanasia,Diacurcuma Galeni,Diacurcuma alia,Dialacca,Sanitas, Antidotus ex Asaro,Antidot.Iecoraria,Antidot.hepatica,Antidot.alia hepatica. Antidot. alia hepatica experta,Antidot.ad Iecoris obstructionem,& duriciem, Antidotus ex nouem speciebus experta,Antidot.ex Eupat.experta, Remedia simplicia ad Iecur Eupatorium,Antidot.phlebotomis,antidot.è lycio. Hepatica potio mirabilis,Drosaton ad malum corporis habitũ,iecinorosos,& lienosos,Drosaton ad Iecoris obstructionem,& duriciem,Drosaton absinthij,Drosaton ex Iride,Drosaton compositum,Drosaton purgatorium ex sena, Drosatõ purgatorium aliud. compositum,Drosaton è rosis,Drosaton purgat. ex Rhabar. Drosaton ex sena purgat.optimum Drosaton acetosum compositum, Drosaton ad Iecinorosos, Drosaton ad podagricos,Drosaton ad Iecinoris obstructionem,Drosaton ad Iecinorosos,lienosos. Istericos,Drosaton ad omnem Iecoris caliditatem, Drosaton ad Iecinorosos expertum,Drosaton quibus Iecur dolet propter calidam intemperiem,Drosaton ad Iecinorosos & malum corporis habitum,Drosaton,ad Iecinorosos,lienosos,Istericos,& caliditatem Iecoris, Drosatõ ad Iecoris, lienis obstructionem,& viscerum duriciem,Drosaton ad Iecinorosos, lienosos, & hydropem,Drosaton ad Tertianam simplicem duplicem,& quotidianam purgatorium,Drosaton aliud acetosum compositum,Pastillus è lacca, Pastillus ex Rhabar.Pastillus ex Aniso,Pastillus ex Absinth. Pastillus ex Eupat. Pastillus alius ex Eupat. Pastillus discussorius febris,Pastillus ad Iecur induratum.Pastillus ad Iecinorosos, &c.

Ex quibus omnibus euidentissimum est Io.Mesuem, Auicennã,Halyabbatem & Rasim,Ioannem Serapionis veluti sapientissimum Ducem sequi,omnesq; ferè medicamentorum compositiones,& earum nomina paucis,vel additis,vel omissis,vel mutatis,vel rerum variato pondere ab ipso Ioãne Serapionis optimo medico,si non inuentas,saltem descriptas,approbatas,& nobis relictas,ad verbum ferè in eorum libros,& Antidotaria transtulisse.

Quæ rerum,& ponderum varietas,& mutatio an consultò,& cogitato,an fortè magis fortuito,& errore facta sit,non erit,quandoque inutile dubitare, & eo magis,quando omnium ferè Græcorum libri redditi fuerint Arabes, iidẽ, & Arabum ipsorum facti sint Latini,in qua linguarum mutatione, & versione facile fuit Interpretes,& librarios ex verborum ambiguitate,rerum obscuritate, & exemplariũ vitio,& deprauatione labi,& in lubrico cadere,erroresq; cõmittere.

Ecce .n. dum hæc scriberẽ fortè fortuna incidi in Io.Serapionis pilulas ad Epilepsiam a Io.Mesue capite de Epilepsia relatas,quarum compositio facta ali-

quorum Io. Mesuis ex exemplarium inuicem collatione, multas, & rerum, & pon derum varietates, & vitia haud silentio prætereunda in maximam ægrorum per niciem, & vitæ discrimen continet, quarum descriptio ex Ioanne Serapionis habetur Tract. 7. cap. 17. de Antidotis, ex Io. autem Mes. de ægrit. capitis lib. 2. summa iij. cap. 26.

Ioannes Serapionis Rec. sisel. Arist. rot. castor. sal. Ind. omnium an. ℥ iiij. rad. pæon. Troch. squill. omnium an. ℥ vj. hier. pic. stæcad. Epith. omnium an. ℥ x. polyp. ℥ vij. Agar. ℥ xij colocynth. iter ℥ xi. Turbith. albi ℥ xv. in alia descriptione ℥. v. myrabol. nigr. bellir. Embli. omnium an. ℥ iii. lapidis lazuli abluti ℥ xiii. myrabol. citrin. helleb. nigri, chamepy. chamedr. omnium an. ℥ viii terantur. &c.

Io. Mesues ex Typis Stephani Balaud Lugduni M D X V. R. sisel. arist. rot. castor. sal. Ind. an. ℥ iii. rad. pæon. Troch. de squilla an. ℥ vi. hier. pic. stæcad. Epith. an. ℥ x. polyp ℥ vii. Agar. ℥ xii. colocynth. ℥ xi. in alio v. Turbith. ℥ xv. myrab. nig. bell. Embl. an. ℥ iii. lap. lazuli ℥ xiii. myrabo. citr. helleb. nigr. chamepy. chamed. an. ℥ viii. confice, &c.

Idem ex Typis Valgrisij Venetiis M D LXII & M D LXX. R. sisel. arist. rot. castor. sal. Ind an. ℥ iii. rad. pæon. Troch. de squilla an ℥ vi. Hier. pic. stæcad. Epith. an. ℥ x. polyp. ℥ vii. Agar. ℥ xii. colocynth. ℥ xi. in alio v. turbith. ℥ xv. myrabol. nigr. bellir. embl. an. ℥ iii. lap. lazuli ℥ xiij. myrabol. cin. helleb. nig. chamepy. chamedr. an. ℥ viii. &c.

Idem ex Typis Iuntarum Venetijs M D C I I. R. sisel. arist. rot. castor. sal. Ind. d. iii. rad. pæon. troch. de squilla an. dr. 10. polyp. dr. vii. Agar. dr. xii. Colocynt. dr. xi. in alio v. Turbith. dr. xv. myrabol. nigr. bell. embl. an. dr. iii. lapidis lazuli vnc. 13. myrabol. citrin. helleb. nig. chamepy. chamedr. an. dr. viii. confice, &c.

Quare hic iure optimo, & opportunè mirari subit earum pilularum tantopere ab omnibus medicis max. ab Alex. earum autore, & inuentore celebratarum, quæ Alexandri, vel è Nitro vocantur compositionem, cum variis modis, & in ipso Alex. Paullo, & Rasi, & aliter in Io. Mesue, & aliter in Antidot. Rom. descriptæ Legantur, Quam varietatem ego in Alexan. Paullo, & Rasi librariorũ potius culpa, quam Doctorum consultò, & optimo consilio factam censerem, cum nullum ab ipsis, Paullum in secunda eius descriptione excipio, de earum varietate, aut correctione verbum.

Alexander, Albano interprete, Papiæ M D X X. & Basileæ M D X X X. Natæ à nobis exhibendæ sunt pilulæ, quibus sanè in hac affectione valentius non comperi catharticum neq. mehercle comitiali solummodo obnoxiis, verum vertigine, arthritide, & podagra oppressis succurrit lib. 1. cap. 21.

Aloes, Colocynth. scammoniæ, Bdelij cort. veratri nigri, commeos. Nitri singulorum vnciam dimidiam Euphorbij vnciam vnam excipe succo brassicæ, &c. Dosis scrupuli tres, seu quatuor.

Idem Andernaco vertente ex Typis Hieronymi Scoti, Venetiis M D L I I. li. 1 cap. 12. de Hemicrania. Aloes, Colocynth. Scammoniæ, veratri nigri, gummi an. ℥. i. Nitri. Euphor. an. ℥ ß. excipe, &c. Dato scrupulos sex.

Idem eodem interprete, ex Typis Henrici Stephani M D LXVII. eodem lib. 1. cap. 12. de Hemicrania.

Aloes. Euphor. Bdelij scythici, nitri Alexandrini singulorum semunciam Colocynth. medullæ Scammoniæ Cort. veratri nigri singulorum vncam excipe &c. Dato scrupulos sex.

Idem eodemmet interprete, ex vtriusq; & Scoti, & Henrici impreſsione libro de febribus c.7. de quotidiana febre. Habes ipſorum catapotiorum deſcriptionem alibi quoq; proditam. Aloes, Scammoniæ, veratri nigri Bdelij gummi ſingulorum vnciam vnam. Cucurbitæ Syluestris vnc. duas, Euphor. nitri Alex. ſingulorum ſemunciã. Dato ℈ iiij aut v.

Paulus. Albano vertente lib. 3. cap. 78. de podagra ex Typis L. Antonij Iuntę Venetiis. MDXXXVI.

Aloes, Colocynth. veratri nigri, Scammoniæ Euphor. ſingulorum vnciam vnã Nitri vnciæ ſemiſſem Pro viribus exhibeto.

Idem Andernaci verſione ex Typis Kichelii Argentorati. MDXLII.

Aloes, Colocynth. veratri nig. ſcammonię ſingulorum vnciã Euph: nitri ſingulorum ſemunciam Excipe, &c. Præbe pro viribus.

Idem vtroque interprete, & vtraque impreſsione paulòpoſt, & eodem capite, Sed cum nõn deſint, qui ſcammoniam ſeu ſtomacho officientem damnent, & fugiant miniſtranda illis præcipuè pituitoſa materia plus ſatis redundãte hęc ſũt. Colocynth. interior, helleb. nig. Bdelii. Cõmeos, aloes ſingulorum vnciã nitri Alexandrini, Euphor. vnicuſcuiuſq; vncia dimidia. Datio expediens pondo diobolorum quatuor. Ego commeos loco Epithimum pono.

Raſis cont. lib. 1. ca. 10. de hemicrania, &c. Aloes hepat. pulp. Colocynth. diagr. Bdelii. cort. helleb. nig. an ℥. i. Eupho. nitri. an. ℥ ß. excipe &c. Doſis erit aur. 5. Ego tamen pro aur. 5. ſes qui aur. legendum cenſerem.

Idem cont. lib. 6. cap. 1. de medic. euacuat. Colocynth. Scammoniæ, cort. hell. nigr. Bdelii an. ℥ i. Euphor. nitri. an. ℥ ß. excipe &c. Doſis Kerat. XX. ad XXX.

Io. Meſues ex Typis Balaud, Valgriſii, & Iuntarum de ægritudinibus capitis, lib. 2. ſumma iii. cap. 26. Aloes, colocynt. ſcammoniæ, Bdelii helleb. nig. cort. gũmi an. partẽ vnã Euph baurach. an. partẽ ſemis excipe, &c. Doſis eſt ʒ. 3. i. ad ii.

Antidot. Rom. Aloes, Bdelii. Colocynth. diach. gũmi cor. veratri nigr. nitr. an. drach. mediam, &c ~~vnã, euphor. drach.~~

Quare etſi medicamenta, vt dictum fuit, ad aliquid dicuntur, & bona, & mala, & totius rei nodus & difficultas ab optimo optimi medici iudicio, & conſilio pendeat, & in hoc non multum elaborandum foret. Ego tamen vel ex Alex. lib. 1. cap. 21. a doctiſs. Braſauolo relatam, & laudatam ſequerer compoſitionem, vel alteram, non Io. Meſuis, vt ſibi perſuaſit Caleſtanus Parmenſis, ſed eiuſdem Alexandri lib. 1. cap. 12. Andernaco interprete, & Scoto Impreſſore amplecterer deſcriptionem, in quam conſentit altera Pauli, & prima Raſis deſcriptio, licet in hac cõmeos, & altera Alexandri Bdellium librariorum culpa deſideretur, in quã etiam conſpirat Io. Meſues, & omnibus numeris Io. Manardus variata duntaxat, doſi, quæ eſt a ſcrupulis ii. ad iiii. Et hac vel illa pilularum compoſitione vterer pro ægri viribus, morbo ætate, & id genus reliquis.

Duo. n. exẽplaria Græca nobis reliquit Alex. quorum alterum in quinq; libros diuiſum, & minus copioſum, ſed fortè magis purum ab Albano Latinum factum incidit fortaſſe in Aetii manus, vt ſerm. 1. Tetrabib. ii. cap. 104. Et Simonis Ianuẽſis, & Iacobi de Partib. vt ex eorum vtriuſque in eum Alex. expoſitionibus. Et Arnaldi à Villanoua, vt eius Breuiarii lib. 2. cap. 20. de lapide renum, & veſsicæ, & Matthei de Grad., vt de ægrit. renum, & veſsicæ cap. 14. & Braſauoli, vt in ſuo ſimpl. medic examine, & Cardani in 4. Aphor. ſec. Aphor. 79.

Alterum verò exemplar magis cõpioſum in duodecim libros digeſtum ab An-

dernaco postea Latinum redditum,ad Pauli manus peruenisse,vt lib.3. ca.78. de podagra,& Rasis vt Cont.lib.& c.1. de paralysi.& 8. c.1.de ægrit. intestinorum, & Io.Mes. vt de ægrit.capitis,lib.2.summa 3. cap.26 de Epilepsia. Et Io.Manardi,& lib.13.Epistola 6. a quo exemplari earum pilularum descriptionem, a Paulo,autem earum Dosim desumpsit,& Epithimum cómeos loco in comitiali morbo collaudauit,Quod exemplar licet videatur magis copiosum, multa tamen in eo Alexandro tanto viro medico indigna inserta fuere,vt optimè si vtraque exēplaria Græca,& Latina,ac etiam idemmet ab eodemmet Andernaco Latinū factum diuersarum impressionum,inuicem conferantur,apparet, inter quæ multa physica ligamina,carminum incantamenta,verba externa,& execratissima,veluti malum,malo piaculo,vt dicebat Aretæus,depellendo,quæ prodendo mihi ingens,& max. obstaret verecundia,capite præsertim de Comitiali morbo,de singultu,ꝯ renū affectib. de colico affectu,de podagra,de quotidiana,& quart.legūtur,Quę quantum id genus mendacia fuerint ab optima huius optimi medici mente aliena audiamus ipsum libro maxime primo cap.2.Quapropter nos de officio nostro ea,quæ ex vsu sunt,non dubitamus,quæ partim spectata a nobis sūt, partim a clarissimis, magnaq; alias necessitudine coniunctis medicinæ professoribus accepimus summa fide,& cum fænore communicabimus. Item cap.18. Quibus vtendum vtique methodicè,& Hippocraticè hoc est ratione duce,& ab Hippocratis medendi modo nihil abhorrente, si quæ igitur amuleta nullam rationem medicam in se habentia ab Alex. fortè fortuna recensentur eadem his, qui talia scripserunt relinquit,quæ verò medica ratione ab ipsis selecta tradita sunt,ea ex eorum dictione,& sententia refert,de quibus ita nec Galenus noster scribere erubuit,quod non animaduertens quidam medicus imprudenter Alexandrum in recensendis id genus fabulis anilibus prodigum facit, supposititiū etiam confitendum est caput illud de herysipelaceis viscerum affectibus in eius operis calce,& eo exemplari,ex Aetio ad verbum, Quod caput longè secus in altero exemplari ex Alexandri,non Aetij,marte,& mente legitur, Aetius.n. Alexand.mea sententia posterior fuit,à quo alteram Rhodomelitis purgantis multuatus est compositionem,eamq; sermone iij. Tetrabib.prima c.74.descriptā reliquit,quæ eandem à Paulo lib.7.c.5.ascribit Alex.variato duntaxat scammoniæ pondere. Cuius verba hæc sunt,Purgatoriū ex Rhodomelite Alexandri, Aliter, Mellis,rosarum succi singulorum libra piperis zinziberis,singulorū drach. duæ. masticbes drach.quatuor. Scammoniæ drach.octo, &c. Quod si hoc verum est prout sole meridiano clarius apparet,multa id genus alia hic in medium afferre possem,quæ ex Alex. ab Aetio suppresso nomine scripta reperiuntur. Alexandrū etiā laudat.Idem Paulus eodem septimo li c.11.& 19.li.3.c. 78.

Nec etiam meo periculo affirmarem alteram Alexandri pilularum compositionē esse prima,vt voluit Calestanus,mitiorem,& minus violentam, & laboriosam,nam si inuicem conferantur,& diligenter examinentur earum vtraq; Alexādri pilularū cōpositio,& Dosis,quis ex oib. optimis medicis ex numeris,& gradibus medicis facta additione,& deductione rei summa benè ad calculum reducta ibit inficias,& negabit maiorem vim,& molestiam corpori nostro non inferri ex quatuor rerum soluentium,omisso etiam Bdelio, Aloes, Colocynth.Scammoniæ,& hellebori nigri pari pōdere scrupulis quatuor,quam ex vno duntaxat Euphorbij scrupulo, & ex eiusdem totius medicamenti ex. quam ex quatuor alterius scrupulis,A quo Alex. quid demum melius,& maturius excogitari,& ci

tra

tra omnem notam,& culpam pronunciari poterat eò quod sapientissimè,& prudentissimè dictum,& additum fuit,pro ægri scilicet robore, Non est etiam hic prætereunda silentio optima Gerardi Carmonensis Hispani medici non contēnendi de Euphorbio,& Colocynthide optima Alexandri pilularum basi, & nemo in eadem medicina positis obseruatio,& attestatio. Cuius verba in suis in Rasim additionibus lib.8.c.54.de virt.medic.laxat & earum rectificatione hæc sunt,Nos quoq; probauimus quod quando Euphorbium apponitur in medicina in qua est Colocynthis mista cum tragacātho non generat dolorem, de quibus meritò dici hic etiam potest illud Ausonij Galli Carmen.

Diuidat hæc si quis faciunt discreta venenum,
Antidotum sumet, qui sociata bibet.

Sed his omissis redeamus ad pharmacopolam Parmensem, qui postquam pilularum Alexandri correctorem,& moderatorem,vt ipse sibi persuasit, Laudauit in Io.Mes.,in pilulis Alexandrinis a Suardo in eius Thesauro descriptis inscienter,& imprudenter Alexandrum,vt voluit Io.Mesues,earum auctorem, sed magis Io.ipsum Mesùem,qui in ipsis pilulis ameos, pro commeos posuerit, vehementer carpit.Cuius Io.Mesuis verba hæc ita leguntur de ægrit. capitis lib. 2. summa iij. ca.5 De solutiuis conuenientibus sodæ frigidæ,& phlegmaticæ ℞. Aloes boni,& sublimis ℥.i.colocynt.interior,Scamoniæ costæ in Cydonio,absint. Bdelij,ameos an ʒ 5.masticis ʒ.iiij. anisi ʒ ij. Euph. ʒ iii.Baurach.Helleb.nig. an. ʒ iii.cum succo Caulium fac pilulas,& fit dosis a ʒ i.ad ij.Quæ Io. Mes. ex Alexā. descriptio ad vnguem & omnibus numeris respondet pilularum descriptioni à Suardo in eius Thesauro traditæ, si quod librarij, vt ego sentio culpa omissum est, addatur, Baurach. ʒ iii.

Quare quid de medicamento ab obtimo medico inuento,& excogitato, cuius libri sarti,& tecti,vt aiunt,& incolumes ad nostras peruenerunt manus,cum idemmet ab aliquo pariter optimo medico ad eosdemmet affectus laudatum,& approbatum,ex diuersis tamen impressionibus variato pondere,& rebus descriptum eius libris reperitur,vel cum in eiusdem medici auctoris, & inuentoris, ac etiam diuersorum medicorum ex eisdem, vel diuersis intepretibus, & impressoribus idem medicamen,& pondere,& rebus, vel pondere variatum legitur decernent peritiores.

Ego,vt ingenuè, quòd sentio,fatear. A puro,& claro fonte recedendum esse nūquam consulerem,nisi varietatis benè causa cognita,vt nos optimè optimus docebat Galenus de pirræ,ex Aloe lib.6.de tuen.sanit.cap.10.lib.7.meth.med.c. 11.lib.2.de composit.med.secundū loc.c.1.& 8.& lib 8.cap.6.7.8. Paulus de pil. è Nitro,vel Alex.eodem lib. 3.cap.78. Abubramā antiquissimus medicus ex Io. Serapionis lib.7.de Antidot.c.16.de Elect.& Rasis lib.6.c.1.de med. euacuat.

Fontis verò non ita clari,& puri rebus,& pondere,vel rebus,vel pondere, & ita etiam ab aliis medic. in eorum libris mutatam composit. optimo cōsilio, & Iudicio pro laborantis viribus,morbo,ætate tempore, & id genus reliquis eligēdam censerem optimum. Affectio.n.ipsa,vt nos bene docebat Gal.auxilia indicat,singulorum autē quantitatem,& particularem rerum differentiam simul tū affecta pars,tum ægri temperamentū,adhæc etiam vitalis facultas,deinde ætas, & Ambientis nos æris temperatura iuxta regiones,anni tempora, & prædominantem anni constitutionem cuarians de comp.med. secundum Loc.ij.cap.1.

Hinc etiam medicorum libris medicis maximè iunioribus maximo cum delectu

lectu legendos atq; perpenso semper rei euentu, & discrimine, eorum remediis opportunè, & maturè vtendum esse, ne error cum vitæ discrimine contingat.

Hæc fortuitò nata, & fortuitò a me scripta consultò tamen, & cogitato a me dicta velim, Iamq; quintum aggrediamur in ordine caput propositum.

Ioanne Serapionis, qui & Serapion, & Binserapion, & filius Serapionis ab ipsis Arabibus, seu eorum interpretibus dicitur Rasi, Auenzoare, Auicéna, Io. Mesuem fuisse posteriorem nobis scriptum reliquit Raphael Volateranus commentariorum suorum lib. vigesimo primo. Capite de his, qui reliquis in artibus claruerunt ita ad verbum Medicinæ insuper peritissimi secundum Græcorum famam Arabes visi in primis Abbarenius, qui in Arist. commentarios edidit, ac Galeni libros in Arabum vertit sermonem, teste Io. Serapione, qui eodem ferè tempore fuit anno Dom. M LXX. Scripsitq; de simplicib. Rasis, quem & Almansorem vocant Arabes, & ipse, qui cunctorum ante se scriptorum commentarios ingenti volumine coegit, quem medici, quod cuncta contineat, continentem vocant; post annos deinde LXX. Auicenna emicuit Arabs item genere, patria Cordubēsis, è stirpe Regia, qui præter medicinam Metaphysicam valdè quidem posteris probatam scripsit, Huius coeui Auerroes Arist. commentator, & medicus Zoar, qui sapiens cognominatur. Io. Mesues anno Dom. M C L X. de pharmacis soluentibus opus edidit, & alia quædam, quæ per mortē absoluere non licuit. Hæc volateranus, A quo nos de Io. Serapione, qui, vt ipse habet, de simplicibus scripsit dissentire cogimur. Serapioni. n. qui librum de simplicibus aggregatum nobis scriptum reliquit alter est, quod non animaduertit etiam Matth. nec Costæus noster, nec Anton. Pasinus, à Ioanne Serapionis, qui Breuiarium de ægrit. composuit, & ipso multò posterior, cuius millies meminit Rasis eius Cont. Serapiō verò de simplicib. ipsius Rasis, & Capite de Rosá, de Atriplice, de Croco, de Coriādro, de Styrace, & alibi sæpius, Albarenijq; neq; hunc, neq; illum meminisse, vt voluit Volateranus affirmare etiam non erubescerem, sed quicquid sit, quę a me proposita fuerunt, verissima esse Ioannes Serapionis, Rasi, Anenzoare, & Auicēna Io. Mesuem posteriorem fuisse ex ipso etiam Io. Mesue mox apparebit.

Ioannem Serapionis idem Io. Mesues filium Serapionis quandoq; appellat, & laudat, vt de simpl. med primo Theor. 2. & de medic. violen. & molest. purgant. 2. c. 4. de Colocynth. c. 16. de Arthenita, de ægrit. capitis lib. & c. 2. summa iij. cap. 5. c. 8. c. 18. c. 16. Sūma iii. ca. 3. ca. 4. summa vj. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. summa vij. c. 2. c. 5. c. 6. summa viij. c. 2. c. 4. c. 16. & lib. 2. parte 2. Tract. & c. 1. c. 4. c. 15.

Rasis meminit idem Io. Mesues lib. 2. summa v. c. 8. de ægrit. capitis.

Auenzoarem sapientem obseruat idem Io. Mesues de simpl. 2. c. 72. de Absint.

Auicennam, qui etiam a Belunensi, & Arnaldo a Villanoua Abuhali vocatur sequitur Idem Io. Mes. de ægrit. capitis lib. 2. summa v. c. v. summa vi. c. 2. c. 3 c. 4. ca. 17. sect. 3. summa ij. c. 9. Hæc de quinto nodo mihi ad soluendum proposito.

Nunc ordinatim, & breuiter percurramus Doctores medicos qui, & quibus in morbis vsi sunt Eupatorio, & primum ordiamur a Græcis, tanquam primis medicinæ inuentoribus Deinde a Mauritanis, postremo a nostris Latinis.

Galenus ab Hippocrate medicorum nulli secundus, qui multa ab antiquioribus, & iis quidem sapientissimis longo vsu, optima experientia, & ratione cognita medicamenta selegit, præter ea, quæ sparsim de Eupat. nobis in eius libris optimè scripta reliquit, Duas etiam inter alias ad affectus hepaticos antidotos, quæ Eupat. decorari voluerunt, vnam à Nearcho, alteram a Pasino laudatam o-

ctauo

octauo de cōp. med.lib. nobis proposuit,& laudauit, item vj. c.2. Ad hepaticas affectiones scio hepar lupinum tum per se, tum pharmaco ex Eupat. mistum b.bi. Item de simpl.med.facult.Iecur lupinū sæpenumero in medicamentum indidi hepaticum,quod ex Eup.cōficitur, item de Theriaca ad Pisonem, & rursus quibus insitum,vt aliquod membrum ex omnibus iuuent. vnde male affectū Iecur Eupatoria herba plerumq; valde confirmauit,Item meth. med.13.cap. 17. Quale rursum Iocinori, quod vocant Eupatorium tale est lieni scolopendrium. Siquidem similia genere, medicamenta ambo viscera postulant. Item libro secretorum Galeno ascripto ad febrem quotidianam Troch.℞.rof. spodij Eupat. &c. Item ad quartanam Troch.℞. Eupat,&c. Item ad varices ℞ Eupat. &c.

Dioscorides li.4.c.37. Eupatorij folia cum suillo adipe cōtrita vlceribus,quæ cicatricem ægrè admittunt imposita mederi,herba autem,aut semē in vino potum,dysenteria. Iecinoris vitiis,& serpentum ictibus liberare.

Oribasius de loc. affect. curat.lib.4.c 96.obstructo Iecinori, Eupatorium prodest,& idem particulæ robur addit.Item lib,2.Tract.de Antidot.ad omnem venenatam potionem,& morsum ex Sante de Ardoynis. De venenis c. 8. de præseruat.a venenis, ℞. feniculi,sem. cymini Eupatorij, &c.

Alexander Trallianus lib,3.c.17. Puluis a nobis sæpenumero expertus ad obturatum Iecur habet Costi Eupat.&c. Item Eupat. quoq; Iecinori imbecillo scires,roburq; inducit,& cap.27.& quam salutare Iecinori Eupatorium, tum salubre est splenis scolopendrium a Græcis Asplenum vocatum.

Paulus Argineta lib.3.c.46. Cæterum si obstructio Iecinoris fuerit ex crassis, & glutinosis humoribus Eupat.ex oximelite confert,& lib.7.cap.3. lupinum hepar addito Eupat.inter medicamēta,quæ Iecinorosis adhibentur est certè nulli secundum. Item capite de Antidotis in eius Dialycii confectione Eupatorium habetur.

Aetius serm.2.Tetrab.3.c.2.liberat ab hepatis oppilationibus Eupatoriū, simulq;firmitatem addit,c.1.Item ad induratum hepar Eupatorij radix valet.Itē aliud Asclepiadæ ex Philagio,ad hepatis scirrhum Eupatorium continet. Item aliud ad hepar oppilatione obturatum,Aquam inter cutem,& alia Eupa.habet.

Actuarius de meth. med.c.2.ex potionibus febricit. conuenit Altheæ,maluæ, semen. Eupatorium,&c. Item c.4. Serapium ex Absinth.ad Iecinoris,& ventriculi infirmitates Eupatorij folia continet. Item zulapium ad Iecinoris dolorem, & alia,capit.viol.Eupator.&c Item ad viscerum obstructiones capit rad. apij. Eupat.&c. Item c.5.pastilli ex Rheo Indico ad Iecinorosos capit Rof.succi Eupatorij,&c. Item pastillus ex Eupat. ad Iecur capit succi Eupat. &c. Item pastillus arquato,& Iecinori opem ferens capit hierę amaræ.succi Eupat.&c. Item c. 6. Antidotum sanitas dictum capit.Rutę Syluestris,Eupat.&c.

Omissa,& dimissa Græcorum familia consulamus Arabes inter quos non vltimum locum tenet hic qui sequitur.

Ioannes Serapionis Tract.4.c.2.de apost.hepat. & succus Eupat. & absinthij. Item c.3.scias quòd ex medicinis subtilibus est succus Eupat. quia ipse etiā confortat hepar. Item cap.5.de oppilat. hepatis.confert & Eupat.cum decocto lupinorum. Item Agaricum cum succo Eupat. Item cap. 9, de Istericia, & herba Eupat. Item cap.10. de ægrit.splenis,& herba Eupat. Tract.6.cap.13.pilulę quę dantur in Tertiana quando non est vera R. hieræ succi Eupat.cap.14.de amphimerina. Euacuemus cum pilulis ex Aloe, aut in quibus est Eupat. Itē pilulæ ad

febrem

febrem.phlegmaticam R. hieræ, Turbith. herbæ Eupat. Item decoct. ad febrem phlegmaticam antiquam R. radix apij.herbæ Eupat. Item decoct. ad febrē antiquam R. eupat. Item Troch. ad tumorem faciei &c. R. aniſorum ſucci eupat. Item Troch. &decem medic.ad febrem antiquam,&c. R. Aniſ. folij. ſucci eup. &c. cap.15. de febre melancolica Troch.ad hepar, ſplenem in febre quartana, R. ſucci Eupat. &c.

Auenzoar Theyſir primo Tract. 9 c.8.de epilepſia ex colligantia aliorūm mēbrorum a cerebro, pone etiam cum eodem, ea quæ habent ſubtiliare abſq; calefactione ſicut Eupatorium, Item R. liquer.paſſul.enucleat. eupat.&c. Itē Tract. 10. cap.9. de oppilat.nuchæ.R.Ireos,policariæ.Eupat.&c.Item Tract.13.c.3.de oppilat.hepat.Decoct. Oliuardæ, &c. eſt maximi iuuamenti in hoc caſu,cap.5. de ægrit.ſplenis confect.ſyr.R.Oliuardæ,alias Gafet,&c. item lib.2.Tract. 1. ca. 2.de debilit. expul.inteſtin. R. ſem.roſ.eupat.&c. Tract.& cap.2. de lapide renū R.liquor. capill.ven.oliuardæ,&c. Item in eius Antidot.ſyr. conferens debilitati viſus. R. oliuardæ.i.policariæ,Itē ſyr. conferens doloribus ſplenis,&c.R.Squinanti,ſpicæ,eupat. &c. Item ſyr. opt. cōfer.ſpinæ &c. R. Ireos, eupatorij, quod Arabicè dicitur Geffeth.&c.itē ſyr. confer.febr.&c.chol.R.capill.Ven.eupa.&c.

Raſis, idem, qui librum, qui Almanſor dicitur, & qui Continens inſcribitur cōpoſuit, vt Arculanus, Matthæus de Gradi Volaterranus, & Benedictus Rinius volunt,& Halyabbas confirmat,& ipſemet in ſui diuiſionum libri Antidot. teſtari videtur,& qui omnes libri à Serap. de ſimplicibus ſemper ſub vno, & eodē Raſis nomine citantur, licet Fallopius aliā habuerit ſententiam tract.de medic. purgant. ſimpl.c.15. ſequitur lib.9. ad Almanſ. cap.67. ad dolorē hepat.R.maſt. ſucci Eupat. &c. cap.68. R. Aloes ſucci Eupat. c.69.ad hydropem R. Raued ſeni ſucci eupat. &c. lib. 10. cap.7 de febre quotidiana R.pul.roſ. rub. ſucci eup. &c. Item eius cont. lib.7.c.2.de ægrit.hepat.&coſta fol.mihi 145. col.4 ſi fuerit in hepate apoſtema vtendūm eſt Dialacca Item Troch.ad hepat.& ſplen.dolorē R.laccælotæ,pulicariæ,&c. item decoct. laxat in calido hepatis apoſtemate R. myrabol. herbæ pulicariæ. Item Troch. ad hepar calidum R. roſ.ſucci pulicariç. Item ex Abugerigio fol.146. col.3. ſed pulicaria in his operationibus magis penetrat,& perficit,& velociter confert. Item ex Badigario fol.147. col.2. pulicaria proprietatem habet conferendi oppilationi, quæ eſt in hepate, Item col.3.ex Binmeſauy Troch.ad hepr calidum,& iſtericiam,R.laccæ ſucci pulicariç,&c.Itē ex Iſaac, Hęc quoq; aperiunt oppilationes, herba pulicaria,& ſuccus eius. Item abſque auctore.Elect. ad frigidi hepatis dolorem R. chamæpityos,ſucci pulicariæ,&c. Item ex Elageg. fol.147.col.4.Troch.ad hepar &c. R. laccæ lotæ ſucci pulicariæ &c. Item ex Aſclepiade fol.149. col.3.medicamen valde conferens hepaticis,R.chamepityos pulicariæ &c. Item ex Albugerig. col.4. ſuccus abſinth. & pulicariç conferunt apoſt. & oppil. hepatis. Itē ex Saber fol.150.col. 3.laxat: ad hepar ex myrabol.herba pulicaria &c. Item lib. 7.cap. 4. de ægrit. ſplenis ex Binmaſuy fol.164. col.3.ad ſplenis dolorem &c.R. ſucci pulicariæ &c. Item ex Binſerapion, Decoct. ad ſplenem R. Agnicaſti, pulicariæ &c. Item abſque auctore fol.166. col.2.pilulæ ad ſplenem R. Agnicaſti,pulicariæ, &c. Item ex Aaron, fol. 158 col.4. pulicaria rubificat aquam, Item lib.16.cap.2. de febrib. fol.338. col.1.Chum.publicana, vel pulicaria confert febrib. acutis quoties antiquæ &c. & fol.341.col.4.Dixit Aburgerig.Monachus, ſuccus tamen pulicariæ fortior eſt ſucco abſinthij. Item lib.18. cap. 1. ex Simeone, de febre phlegmat.fol 365. col.

Troch.

2. Troch. R. anis polic.&c.Item anis.succi pulicariæ,&c.itẽ ex filio Mesue col. 4. R. rad. feniculi policariæ,&c. Item R. anis.policariæ,&c. Ex filio Serap. Troch. boni R. Anis.succi policariæ,&c. Item ex Ruffo,& filio Mesue ad eandemmet febrem fol.366. col. 1. R.Troch.è Rosis succi policariæ, &c. Itẽ ex filio Mesue col. 4. Da in potu aquam decoctionis policariæ. Item ex Iudeo fol.367.col.1.R.succi policariæ Item ex Gorgas. & primo cum Troch.policaribus. Item c.2.ex filio Mesue fol.368. col.4.ad quartanam succus policarię, quæ Rasis, seu potius feragij eius interpretis policaria alia est ab Isaac Israelitę,seu potius Cõstantini eius interpretis policaria,de qua pract.2.de grad.med.secundum ordinem Alphabeti,& lib 3.c.35. de febre quartana.in Troch. Hedycrois, qui variant a sequentibus lib.10.c.5.R.calami aromatici,policariæ albæ &c. Quæ eademmet policaria a Ioanne Serapionis Tract.7. de antidot.in Troch.Andaracaron Choen dicitur,& ab ipso Rasi,seu potius Gerardo eius interprete lib.8. ad Almansorem, c. 2.cosula appellatur,ab Halyabbate Acachuan pract.io.in Troch.Diacorallis. A. Gal.seu potius Cornario eius interprete Amaracon de Antidot.1.c. 10. in magmatis Hedychroi compositione,& alibi,quę etiam eadem a Dioscoride,seu eius interpretibus parthenium vocatur,Arabicè verò etiam Achuen, Vchuen , Alachauen,Rasis autẽ seu feragii eius interpretis policaria de qua millies fit mentio in Helchaui,seu mauis Latinè continẽte, eadẽ est,quę ab Auenzoare seu eius interpretibus policaria vertitur,quæ eademmet est eupatorium, quod Arabicè & Gafet,& Oliuarda dicitur,vt iidemmet eius interpretes, Alia etiam est ab Isaac Heben,Amaran,seu cuis interprete policaria quæ vt ex nostra in eundem animaduersione est,Coniza , & hæc obiter,& è re ipsa de policaria, quæ etiã, vt diximus Arnaldo a Villanoua est parthenium.

Halyabbas vltrò sese offert pract.lib.7.c.31.Troch.ad hepar calidum,sume rosarum.Eupatorij succi &c.ad hepar frigidum,sume masticis,Gafeti succi &c.ad hepatis dolorem sume.cort.apij Gafeti herbæ,&c.Item cap.34 ad apostemata hepatis frigida.Troch.sume apij succi Gafeti,&c. Item cort. apij herbæ Gafeti, &c.c.35.ad hepat.oppilat.Troch è lacca.Troch.ex Absinth.c. 36.ad hydropem hyppo sarcam puluis,sume semen apij.Gafeti succi,&c.Item ca.37. ad hydropẽ vtream sume virgarum Balsami Gafeti succi.Item c. 39.ad hydropem ex calido elect.ex myrabol.& Eupatorij succo, Item cap.40.ad splenem,sume rof.rubr.Gafeti succi,&c.Item ad splenis apostema calidum sume rof.rubr. Gafeti succi &c. Item Decoct.sume cort.rad.apij Gafeti herbæ &c. item laxatiuum sume myrab. herbæ Gafeti,&c. Item ca 41.ad isteritiã Troch.sume rof.rubr.succi Gafeti &c. ad eandem ex oppilat.sume absinthij Græci succi Eupat.&c.Item ad eandem sume Raued,seni,succi Gafeti,&c. item lib 2.cap.54.Gafeti,succus eius quartanæ prodest,veteribus febrib.& viscerum apostematibus.

Auicenna Regia progenies,Regio onustus Eupatorio, & anhelans præcurrit audiamus ipsũ,& hoc fasce,& onere leuemus li.4.sẽp.Tract.2.c.41. De cura Tertianæ non purę.Demus Troch.ex eupat. decoctũ eius,& de euacuatiuis bonis est vt sumatur,hieræ picræ,Eupatorij,&c. item cap.59. de cura febris phlegmaticæ Iuuatur cum huiusmodi Troch.R.myrabol.succi eupat.&c. Item Troch. ad eronicas febres,R.hieræ,succi eupat.&c.si acciderit inflatio in facie R. Anis. succi eup.&c. item c.56.de pura phlegmaticæ continuæ,quæ dicitur latica,&de medicinis expertis ad eos sunt Troch.ex eupat. item cap.61.de cura empialos, & lyparia;Deinde fiat gradatio sumẽdi pilulas ex eupat. itẽ c.63.de cura Quartanæ.

&.ex Troch.iuuatiuis sunt vt R.succi eupat.&c.& cap.64. De solutiuis in Quartana post digestionem R.myrabol.chebul.succi Eupat.&c.& quando est cũ dolore splenis iuuant hoc medic.soluente, R.scolopendriæ succi eupat.&c. item Tract. 4. ca.19. de cura hemitritei composita. De medicinis bonis sunt Troch. R. rosf.rubr.eupat.&c.& pilulæ bonæ R. Aloes succi eupat.&c. item lib. 3. Fen. 14. Tract.1.cap.21.de cura malit.complex.cal.in hepate. Bibat lac Camelarum cum succo eupat.& cap.22.de regim. malit. complex. frig.hepatis. Et fortius illo est,vt bibatur in ieiunio decoct.huiusmodi R.sem.feniculi, herbæ eupat, &c. item tract.2.c.3.ad debilit. hepatis R. succi eupat.&c.& c.6. de oppilat. hepat. confect.fortis ad oppilat.& apert.hepat.& splen.R.ammoniaci eupat. &c. item agaricum cum succo eupat.iuuatiuum est valdè,item & decoct.eupat.& c.11.de cura doloris hepatis,sumantur R osæ succi eupat.&c. item tract.3.c. 14. de cura aldubellati.& fortius illis est decoctum sem. & rad. in quo decoctum, & eupat. item vtantur medic. in quibus sunt apert.subtiliat. & confort. sicut absinth. & succus eupat.& c. 15. de cura apostemat.hepat.frigidorum hoc medicamen confert.R. Alliorum campestrium,gentianæ albæ Eupat.&c.& c. 16. de cura apost. hepat.durorum. Ex istis est medic.Asclepiadis cum felle vrsino,vt R. chamæpityos. Eupat.&c. & ex potibus apozema cocti,& ramorum eupat. item Tract.4. c.12.de cura cachexiæ. vtantur medic.subtiliat.sicut absinth.eupat.&c. & c. 13. de cura Ascitis,ex medic.iuuant sicut dialacca,& ca.14. de cura hydropisis hyposarcæ. ex eis sunt Troch.ex eupat. item Fen.15.tract.1.ca.6. de cura Istericiæ citrinæ R. granorum pini succi eupat.&c. item lib.3.Fen.18.Tract.2.c.19 de medic.comminuentibus lapidem renum,& quandoq; dantur eis impetu aquæ, in quibus decoquantur medicinæ lapidis,ipsum comminuentes, & chamępityos, radix eupat. &c.

Isaac Israelita subsequitur pract.2.c.35. Afsifigast.vel Gafit.i.eupatorium confortat stomachum,hepatis,& splenis oppilationes aperit, & diuturnæ febri valet,c.71.choleram nigram purgat,valet Quartanæ,& quotidianæ febri, & apostemate interiori.lib.3.c.32.ad febrem quotidianam,si phlegma salsum fuerit damus chatarticum de myrabol.eupat.&c.cap.33.expellatur materia hoc cathartico R. myrabol. eupat.&c. item ca.34.ad hemitritæum pilulæ R. hiaræ picræ succi eupat.&c. item cap. 35. ad febrem quartanam R. Troch. ex eupat. c. 36. ad Epialam. vtantur pilulis,in quibus eupat. item pract. 7. c.37. ad dolorem hepatis frigidum R. rad.apii.eupat.&c.c.39.ad hepatis duriciem veterem dentur res aperientes sicut eupat. ca.41.ad hydropem,dentur Troch.ex eupat.c.48.ad isteritiam R. rosf. rubr. succi eupat.& c. c.49. ad hepatis dolorem, & istericiam. R.aloes succi eupat.&c. item ad oppilat.hepat.&c.R. absinth. eupat. &c. item syrupus ad hepar & splenem R. absint.Eupat. &c.

Io. Mesues etiam ipse prodit,& offert Hamec antiqui,& Arabis medici eupatorium de ægrit. capitis lib.2. summa iij. cap.2.de soda calida,Accipe Absinth. Rom.℥.i.fumi terrę ʒvi.passul. enucleat.℥i.eupat.ʒv. florum buglossæ domest. & syluest.an.ʒvi.cuscusæ,sem.endiuiæ agarici an.ʒiii.coquantur,&c. Profert etiam omnibus videntibus Sabor Heben Griges,eupat.c.7. de soda frigida ab humore melancholico R. epith. stacad. myrabol.nig. an.℥i.chebul.embli. bellir. Turbith.eupat. agar.an.ʒv.polyp.senæ an.ʒvi.fumi terræ,squinanthi an. ʒiii. corth. helleb.nig.ʒii.salis gemmæ ʒii.s.passularum enucleatarum ℥i.s.omnia &c. Palam demum facit omnibus admirantibus eodemmet capite Mesui iubæ eupatorium

R.ca-

R. capill. ven. rad. bugloſſæ domeſt. & ſylueſt. & florum earum polyp. an. ℥ i. epith. ℥ i. fol. ſenæ, chamæmeli, ſtæcados an. ʒ vii. chamædryos, ſquinãti, helleb. nig. an. ʒ iii. fumi terræ ʒ vii eupat. ʒ iiii. ſucci pomorum dulc ʒ viij. omnia &c.

Albenguefit non eſt hic a me ſui eupatorii faſciculi honore defraudandus. Mundificantia gibboſitatem hepatis ſunt. Amomum, ſquinanthum, radix acori gentiana, aſarum, eupatorium.

Nec ẽt ille altarium medicus libro de medic. expert. Galeno aſcripto, ad oppilationes antiquas & febres R. radicum Iridis, ſucci Gafit, &c. Neq; Meſea, eupatorium eſt bonum febribus antiquis.

Nec Caſion Armenus ad humorum ſubtiliationem, & putrefactionem R. ſpicæ nardi, &c. conficiantur cum aqua decoctionis Ariſtologia roſarum, & Gafit.

Item nec Catilina Regis lithois medicus ad hepatis confirmationem R. Rhabar. &c. Detur cum decoct. roſ. & Gafit.

Item nec Achaaſos experimentator Athen. nobilis medicus omnes hepat. debilit. & oppilat. Gafit decoct. curans.

Item nec Andrezeos, cuius non eſt ſimilis ad hydropicos, & hepat. frigiditatem medicina R. rad. lilij cęleſtis Gafit, &c.

Item nec Aſsiſter ad hepatis, & ſplenis oppilationes. R. Ariſt. rot. gafit. &c.

Item nec zeno Athenien. ad hepar debile, & cor R. ſpicæ nardi gafit, &c. ad oppilat. max. hepatis, R. ſquinanthi, gafit &c. ad hepatis confirmationem, & oppilationem R. gafit. &c. ad hepaticos, & hydropicos R. Rhabar. gafit &c. ad hepar elect. ex agno caſto R. agar. agnicaſti, Gafit. &c.

Item nec Rex Amoron, eiuſque medicamen diuinum ad podagram, & iuncturarum dolorem &c. R. radium lilii cæleſtis aur. 20. Galbani aur. vi. eup. aur. 16.

Item nec etiam Acriton ad capitis dolorem. R. ſucci ſtæcados, gafit, &c.

Item demum nobis audiatur, & admittatur Raby Moyſes Aphor. part. 9. Medicinarum calidarum, & ſiccarum in primo gradu frequenter in operationẽ venientium ſunt quatuor. Eupat. Squinanthum, Tamariſcus, phiſticus.

Sed quid ego Latinus Arabes inter medicos tandiu immoror excuſsis igitur iam ab Agrimonia, ſeu eupator. lentore, & pulicibus ad noſtros confugiamus medicos, quorum tam magnam copiam mihi obuiam fieri video, quam dinumerare non poſſe ingenuè confiteor, & profiteor. Dabunt igitur veniam, ſi nõ oẽs, nec eos quidem ſeruato temporis, dignitatis, & excellentiæ ordine, nomine nudo, paucis appellabo inter quos primus de Agrimonia, vero, & Regio eupat. Cor. Celſus noſter ſuum affert, & offert ſymbolum.

Cor. Celſus, inquam, lib. 5. c 27. Aduerſus Italorum anguium ictus Italia, frigidioreſq; regiones hanc quoq; ſalubritatẽ habent, quod minus terribiles angues edunt, aduerſus quos ſatis proficit Agrimonia trita, & cum vino potui data, & ſuper vulnus impoſita. (vnicè.

Plinius lib. 25. c. 6. eupatoriæ ſemen dyſenteriis cum vino potum auxiliatur

Petrus Hiſpanus ſuum aperit miſeris ægris theſaurum, capite de Antrace, Teſta oui plena ſucco Agrimoniæ data potui omne venenum per os promptiſsimè pellit, & mira cum facilitate ſerpentum morſus, & aliorum venenatorum animalium ſanat, expertum, & capite de fiſtula occidenda. Agrimonia eſt de magis vtilibus medicinis præcipuè contra fiſtulata, vulnerata, & vlcerata.

Ioannes Gadeſden ſuas ſpargendo Roſas; Petro Hiſpano ſubſcribit lib. 2. cap. vlt. de venenis, & lib. 3. Tract. 5. cap. 4. de Cancro. c. 5. de fiſtula, & lib. 1. de febrib.

c.4. de Quartana. Agrimonia in cibo ſumpta ſplenem conſumit,lib.& c.2.ad hydropem,& cap.15. ad hepatis oppilationem.

Arnaldus à Villanoua Breuiarii 3. c. 21.de fiſtulis. Cancris,lupo, & id genus. Agrimonia eodem modo facit ſicut dicunt prædicti autores, & eſt mirabilis in omnibus fiſtulis,vlceribus,& cãcris li.2.c.39.ad malam hepatis complexionem c.40.ad iſtericiã.c.41.ad hydrop.c.42.ad ſplenis paſsiones,& li.4.c.27.ad quart.

Conſtantinus Aphricanus plena,& vtraque manu ſuum,& lubenti animo exhibet viaticum lib.5.de ęgrit. hepat.c.1.de mala complex. hepat. c. 2. de oppil. hepat.c.3.de apoſt hepat.c.5.de hydrope,c.6.de Antidot.hep.c.7.de troch. c.8. de pilulis ad hepar.c.9.de apozimate ad hepar. Item de ſyrup. c.10.ad iſtericiã, c.11.ad ſplenis paſsiones,lib.7. c. 5. ad quartanam.

Ioannes Platearius de ſimpl. med. c.13.de eupat.ad hydropem, & iſtericiam ex oppilatione hepatis & ſplenis,Bartholomæus Montagnana non male conſuluit conſ.154. pro oppilat.in Gibba hepatis conſ.155.pro oppilat. inſima hepatis,conſ.156.157. pro cachexia conſ.239. 242. pro Arthriſide,pro mingentibus in lecto in Antidotario.

Marcellus Medicus antiquus palam facit ſua empirica antidota lib.de medic. c.22.Ad vitia hepatis.

Petrus Apponus nititur eupat. ſupplere vicem compendii ſecretorum Io. Meſuis de ægrit. membr. nutrit.lib.2.c.1.& 2.ex Iudeo ad ſtomachum, & hepar. & c.10.de ægrit.& oppilat.hepatis ex Gumezeſi experimentatore magno Athen. Sanat omnes hepatis oppilationes decoct.Gaſid.i.eupatorij cum lacca &c.c.11 ad oppilat.hepat.c.12.ad hydropem.

Franciſcus Pedemontanus eandem prouinciam eodem eupat. aggreditur in ſecundum librum ſecretorum remediorum Io. Meſuis ſumma iii. c. 1. de ægritu. hepat.& venarum c.4.de oppilat. hepat. c.6.de ſciſſura, & inciſione hepat. ca.7. de apoſt.hepat.c.8 de apoſt.meſaraicarum ex Aſclepiade c.10. de dolore hepa. ex Azenſi etiam,& iudeo,c.11.de debilit.hepat.ex Abuh.c.13.de hydrope:ſumma iiii.part.iii.primæ ſect. c.2.de oppilat.hepat.c. 4. de iſteritia, & de febribus cap. 3. de quotidiana.

Matthæus de Gradi in ſuo in nonum ad Almanſorem commento c. 7.ad dolorem hepat.c.8.ad iſtericiam c.9.ad hydropem,c.10.ad ſplenem, eiſdem nititur, & vtitur Eupatorii gradibus.

Bernardus Gordonius multa ſparsim de Eupatorij vſu, & viribus fundit lilia nobilitate Roſæ proxima part.6.c.1.ad malam hep. complex.c.2. ad hepat. oppilat.c.3.ad apoſt.hepat.c.5.ad hydropem c.6.ad iſtericiam,c.6. ad ſplenem, & part.1.rub.6.Potio curans omnem fiſtulam a princ.R.Agrimoniæ,&c.

Michael Sauonarola ne latum quidem vnguem a ſui principis Auicennæ latere diſcedens his præſertim locis ſeminauit eupatorium,Pract.Tract.6.c.14.Rub. 2.de mala hepat.complex.Rub.4.de hepat.debilit.Rub.5.de oppil.hepat. Rub. 6.de dolore hepat.Rub.7.de apoſt.hepat.etiam ex Aſclepiade Rub. 8.de cathexia,Rub.9.de hydrope,Rub.10.de Aſcite,etiam ex Gentili,Rubr.11.de hypposarcha,Rub.12.de Tympanite,& c.15.Rubr.2.de iſtericia citrina,Rubr.3.de iſtericia nigra,Rub.4.de mala ſplenis complex. Rubr.5.de Apoſt.ſplenis Rub.6.de oppilat.ſplenis Rub.8.de ventoſ.& inflat.ſplenis,item de febribus cap.12. Rub. 3.de Tertiana non pura c.14. Rub.2.de cura febris phlegmaticæ periodicæ, ca. 15. Rub.5.de cura quartanæ phlegmaticę,item ~~videtur~~ de cura febris phlegmaticę

ticæ,ſuccus eupat. cum melle roſato bibitus phlegmaticam tollit. Remedium ru ſticorum max. in declinatione.

Nicolus Florentinus Tract.& ca.5.de mala hepat. complex.in generali. ca. 7. de cura malę cōplex.hepatis frigidæ c.12.de ſpeciali cura debilit.hepat.c.14. de oppilat.hepatis ex Rabi Gentili. Mundino Zoar.& Alberto Bononien.c. 18. de apoſt.hep.c.22.de Cachexia,c.24.de hydrope in ſpeciali Tract.6.c.5 de iſtericia. c.9.de cura malæ complex.ſplenis,item de febribus ſumma iii. Tract.2.ca.33. de cura febris cholericæ non puræ,diſtinct.4.Tract.2.c.5.de cura febris phlegmati cæ puræ per potionem diſtinct.5.ſumma ij.c.5.de cura quartanæ puræ per potio nem. Et de vtilibus eſt potus ſucci eupatorij cum modico vini ſubtilis per horas duas,vel tres ante acceſsionem,c.7. de cura quartanę.

Gulielmus Placentinus cap.114.de debilit. hepatis cap.116.de oppilat.& durit. hepat. c.117. de ventoſ.hepat.cap.118. de Cachexia ca.120. de hydrope, c. 121.de debilit.ſplenis c.122. de magnit.& durit.ſplenis,Item de febrib.c. 22.de quotidiana pura interpolata.Item lib.5.de chirurgia de med.ſimpl. in littera E, Eupat.cum adipe veteri ponitur ſupra vlcera difficilis conſolidationis,& quando bibitur cum aqua fumi terræ,aut oximelle confert pruritui,& ſcabiei,ſimiliter flos, & ſuccus.

Antonius Guaynerius Tract.1.c.13.de cura diariæ tam hepaticæ, quā ſpleneticæ, Alias in caſu iſto admirabili vſus ſum confectione, quæ recipit ſucci eupatorij &c.& in eius antidot. eupatorium ſoluentia ad hepar dirigit ab hepate ſoluit,& hepar alterando calefacit.

At quos ego iam hic appellare debebam,me iure merito interpellant,præmiſ ſis igitur antiquioribus medicis,Iuniores,in medicina tamen præclarè facienda ſeniores, admittantur.

Ioannes Manardus Epiſtolarum lib.14. epiſt. 5.ad articulorum dolores,& laxum totius corporis tumorem lib.16. epiſt.3. ad ventriculi, & Iecinoris noxas, euitandas,lib.17.epiſtola 1.ad malam Iecoris temperaturam,eiuſq; venas de ob ſtruendas,& lib.19.epiſt.1.eupat.in Iecore iuuando tanta vis eſt, vt nonnulli nō Eupatorium,ſed hepatorium eam vocarint,pro quo eam nunc accipimus herbā quæ apud nos vocatur Agrimonia. Cuius ego magnificum vſum in Iecore iuuā do ſæpenumerò expertus ſum.

Antonius Braſauolus eandem ſententiam optimè diſputando in ſuo ſimpl. medic. examine defendit,amplectitur & ſequitur.H. Cardanus de ven.3.c.5.Me dicamentum ad iecur dirigens adiiciatur,vt Agrimonia, quæ eupat. dicitur.

Medicus ille cuius nomen religionis noſtræ gratia ſciens prætereo eandēmet mordicus tenet in ſuis medic. paradox.lib.1.c.7.& lib.2.c.vlt. Cuius vſum etiam laudat in ſuo de med. morb. lib.3.cap.23.ad imbecillitatem Iecinoris.ca. 24. ad obſtruct. Iecinoris c.29.ad obſtruct.ſplenis,c.30.ad iſterum,c.33.ad Anaſarcam.

Rembertus Dodoneus in eadem eſt,& permanet ſententia. Cuius verba loco paulo ante citato hæc ſunt ad verbum,eupatorium autem Meſues idem cum Auicennę Eupat. eſt vtrobique.n. vires eædem. Eupatorium autem Auicennæ à Dioſc. eupat. nequaquam differt,quòd vulgò Agrimoniam vocant. Ea notiſsima eſt.

Victor Trincauellius horum omnium decreto ſubſcribere videtur lib.2. conſ. 71.Maximè mihi probaretur decoctū ex Agrimonio,ita vulgò appellato, quod antiquorum Eupatorium pleriq; credunt,vt ego eſſe puto. Nam Eupatoriū cir-

ta caliditatem insignem mirificè amicum Iecinori est. illud roborans si quid aliud, eiusq; obstructiones aperiens. & quo ad lotia cienda nonnulli vtuntur, neque id absque ratione, cũ tenui substantia constet, & quo vtitur de rat. cur. hum. corp. affect. lib. 8. cap. 4. ad Iecinoris obstructiones, c. 7. ad hepat. scirrhum, cap. 10. ad hydropicos. li. 9. c 6. ad alui profluuium, & ex Iecinoris vitio concitatum, quod hepaticum appellatur, & alibi sepius, cons. 129. 30. 36. 37. 45. 47. 68. 83. 86.

Donatus Antonius ab Altomari, non est hic mihi silentio prętereundus de med. hum. corp. malis par. 2. de hepaticis, de obstruct. hepat. de inflamm. hepat. de nigrolstero, de malo corporis habitu, de hydrope, & de meden. febribus. par. 3. cap. 4. de tertiana notha.

Benedictus Victorius Fauentinus tanquam de narthecio promit medicamenta ex Eupatico ad Iecoris imbecillitatem, Cons. 1. ad morbum regium, & hydropem, Cons. 23.

Io. Baptista Montanus Cons. 82. ad fluxum ventris, partim hepaticum, partim lientericum, partim chyliacum.

Hieronymus Mercurialis vera Mercurij Trimegisti progenies non paruifacit Eupat. consult. tom. 1. consult. 66. ad hepat. & lien. obstruct. altero tomo. consult. 49. ad splenis tumorem insignem. Item in sua praxi lib. 3. cap. 17. in fluxu hepatico, cap. 18 in Iecoris obstructionibus, cap. 19. in Iecoris inflamm. cap. 21. in lienis inflammat. cap. 23. in Istero, ca. 24. in hydrope, & lib. 5. cap. 10. de febribus, & alibi.

Ludouicus Mercatus ad quem tãnquam verum bonarum artium, & Medicinæ Mercatum, & medicinæ studiosi, & medicinæ egentes certatim confugiunt. Ecce nunc verum, & Regium mercatur Eupat. illudque maxime commendat, & laudat in suo de morb. part. lib 3. c. 14. ad hepaticam dysenteriam. li. 4. c. 1. ad hepat. obstruct. c. 2. ad hepat. scirrhum. c. 3. ad hepat. intemperiẽ. c. 4. ad splenis duritiem, c. 5. ad istericiam, c. 6. ad hydropem, lib. 6. ad tertianam nothã, & de mul. affect. 2. c. 6. ad febrem albam, & alibi.

Michael Io. Paschalius Pallantię in Hisp. studiosè, & maxima cura verũ, & ipse alebat Eupat. lib. 1. de cur. morb. c. 41. ad hepat. inflamm. c. 42. ad hepat. obstr. Curabimus hepatis obstructiones internis, & externis, vt Iecore lupi, & Eupat. nobis Agrimonia, &c. c. 43. ad istericiam c. 44. ad hydropem.

Alexander Massaria itidem in sua praxi lib. 3. c. 11. ad morbum hepat. c. 12. ad hepat. obstruct. c. 14. ad hepat. scirrhum. c. 16. ad hydropẽ, c. 17. ad lienes scirrhũ. & lib. 5. c. 18. ad tertianam notham.

Hieronymus Puluerinus Eupatorij pulueres per eius praxim spargit redolentes, c. 68. in hepat. obstruct. cap. 71. in vtroq. istero, c 73. in hydrope.

Eustachius Rudius, vel potius Radius inter medicos illustris lib. 2. c. 17. Eup. hepatis obstructiones aperit. c. 18. Iecoris inflammationem refrigerat, c. 24. lienis vitia curat, c. 25. lienis scirrhum absumit.

Ioannes Fernalius meth. med. lib. 5. c. 23. inter peculiaria, & amica Iecinori medicamenta suggerit eupat. & eius Troch. vt etiam lib. 7. pilulas ex eup. & polych.

Hieronymus Capiuatius non est hòc albo eliminandus lib. 3. ca. 59. de Iecor. intemper. ca. 20. de hepat. obstructione cap. 21. de istero.

Leonardus nec Fauentinus de med. morb. c. 36. de debilit. hepat. c. 37. de oppilat. hepat, c. 39. de dolore hepatis, c. 40. de istericia, c. 41. de splenis tumore.

Iacobus nec etiam Holerius Stempanus de morb. internis lib. 1. c. 33. de Iecoris

tis inflammatione Laudata herba antiquis Eupatorium, cap. 34. de debilit. hepat. cap. 37. de hydrope.

A Dionysio Fontanono ad hydropem sua ex Eup. hauriuntur auxilia.

Franciscum Valleriolam consultò prætereo obseruet. med. obseruatione 2. lib. 1. obseruat. 10. lib. 3. & 4.

Marcum item Gatinariam de debilit. hepat. de cura ictericię, de cura oppilat. hepat. de cura hydropis ascitis, & hyppofarcę, & de fluxu hepatico.

Antonium similiter Cermisonum consf. de ægrit. vent. infer. ad debilit. hepat. hydropem incipientem, & ad fluxum hepaticum.

Cælius Aurelianus & antiquus, & non cõtemnendus medicus nõ est hic, eius non tamen loco a me & suo loco, & honore priuandus Tard. pass. lib. 3. c. 4. de Iecorosis, quos Græci hepaticos vocant. Item bibenda sunt medicamenta vt Theriaca, Dieeupatorion, &c.

Plinius nec etiam ille secũdus medicus, à quibusdam Valerianus vocatus, cuius quinque de medicina circunferuntur libri ementito nomine non autem re; licet ipse tanquam nothus, & suppositititius fętus non audeat prodire lib. 2. ca. 17 ad hepar. & hepaticos, ex eupat. potiones, Elecmadia, Antidota, & Diasesserô.

Iulius Cæsar Claudinus in hoc censu, non tamen vltimo loco, numerandus iu rameko esset. Cuius libro his præsertim locis vernat Eupatorium. Respons. 26. consult. nu. 31. 49. 62. 74. 98. 101. 111. 136.

Cæterum hic plurimos alios eiusdem Farinę optimos medicos recensere desinam ne tantum Dei munus quis fabulam putet, sed eos omnes paucis complectar. Da medicum Græcum, Arabem, Latinũ, de vitiis & morbis ab hepate prouenientibus, & emergentibus scribẽtem, nulla interposita mora vltrò, & præsto sibi orietur Eupat.

Sed quid ego demens ago, ex animo quidem exciderat, Ecce mihi aurem vellit, & admonet noster Leonicenus, vt sibi sit in nostro diuersoriolo locus, & non pænitendam profert, & exhibet collectam, & in Agesilai Regis exemplo, non locis viri, sed viris loca efficiuntur honorata. Audiamus ipsum in suo de morbo Gallico libello. Si qua verò herba sit, quæ ob excellentẽ iuuandi hepar proprietatem nomine hepatica debeat insigniri, illa profectò est Eupatorium, quæ etiã inde apud Græcos videtur nominata, quod bona sit hepati, quanquam Plinius ab Eupatore Rege inuentore dictam existimat, non tamen quod & alibi monuimus ad hunc effectum sumenda est illa herba vulgaris passim in fossatis nascens, quo magno ætatis nostræ errore pro vera recipitur, neq; enim illi hæ notæ conueniunt, quibus nobis verum eupatorium Dioscoridis designauerunt, quod si fortè quis a me exigat, vt quænam sit vera eupatorium aperiam, quæ in Eupatorio describuntur notæ. Ita herbæ vulgò vocatæ Agrimonię quadrant, vt hanc esse verum Eupatorium nemo nisi ab ortu naturæ cæcus non agnoscat, & paulo post. Demum herbam in fossatis nascentem, quicquid sit a medicis ignorant hactenus, tamen creditur a pluribus esse Eupatorium, ne syrupo ex Eupatorio neque aliis compositionibus adiungatur modo sint, qui nobis fidem præstare velint prohibemus. Id etiam subiungit, quare Auicenna mistis etiam herbarum natura distantium potestatibus magnam peperit confusionem, & sicut in morborum, ita & in herbarum tractatione plantæ vnius caput, cum alterius plantæ capite commiscet, & confundit, De quorum occasione errorum idem doctiss. Leonicenus, & de ipsa Agrimonia hoc interim a Suardo filio meo legatur Distichõ.

Succus Agrimoniæ, Folium, Flos, Semina, Radix.
Ramus hepar sanant, atque venena fugant,

Auditis iam Doctoribus medicis Græcis, Arabibus, & Latinis qui, & quibus in affectibus vsi sunt vera, & Regia Eupatoria, seu Agrimonia, nunc audiamus, & colligamus, qui, & quibus in morbis vsi sunt Agerato, Bone Deus, ecquid boni videre videor mihi obuiam fieri? ecce quidam senex ex longo itinere defessus anhelans, quem si viueret Diogenes, Diogenem ipsum meo periculo iureiurãdo affirmarem, qui accensa laterna quærit Doctorem Medicum in curandis morbis agerato vtentem, seq; iam omnes omnium medicorum Græcorum, Arabum, & Latinorum bibliothecas studiosè, & diligenter voluisse, etiam atq; etiam reuoluisse, sese etiam in omnes omnium pharmacopolarum officinas abdidisse, omnesque eorum manu scriptos libros, omnesq; formularum, quas medici receptas vocant, lineas, & funiculos acriter perscrutatum fuisse, & adhùc vix vnum offendisse medicum, cui etiam in medicina facienda ex doctissimi Matthioli sententia neutiquam est astipulandum, qui ex Agerato ad hepar proponat vnguẽtum. Cui vnguento quia forte verebatur, ne fides adhiberetur, Eupatorij veri, etiam succum addendum curauit. Quod ita legitur, R. succi Eupat. Mes. veri apud Diosc. Agerati dicti ℥. 15. ex Agrimonio vulgari Diosc. Eupatorij. ℥. 1. olei absinthij, nardini an. ℥ 5. pul. ligni aloes spicæ nardi, garyophyllorum. an ʒ. 1. ceræ ℥. 1. misce fiat vnguentum. Idem tamen in eodemmet affectu, & morbo intrinsecus non eupat. Mes. vt eius verbis vtar. i. Dioscor. Agerato, sed vero Diosc. eup. in id genus Serapio vtitur R. syrupi de Agrimonia. i. vero apud Diosc. Eup. ℥. ij. decocti fumi terræ, in quo multum spicæ nardi iniectum est ℥. iiij. Amathum. s. Lusitanum Consult. med. cent. 1. curat. xx. Qui senex, vir bonus, canæ fidei plenus simplicis veritatis amicus, & mentiri nesciens extincta laterna facto fine, feliciter, & bonis auibus abiit.

Ex quibus sanè verbis nulla dedita opera colligitur Amathum Lusitanũ fuisse huiusce opinionis si non auctorem, saltem fautorem subrogandi scilicet Diosc. Ageraton in Io. Mesuis Eupatorij locum, in qua firma opinione, & sententia iam antea P. Andream Matthiolum ætate nostra in plantarum scientia, & cognitione nulli secundum fuisse tertio eius epistolarum libro omnibus ipsemet palam facere voluit id genus verbis, legitimum Mesuis Eupatorium illa proculdubio erit planta, quæ Dioscor. Ageraton vocatur, quippe prçter id quod omnium Doctorum vno consensu Diosc. Ageraton, & Mes. Eupator. nihil inter se differant. cçtera omnia sibi inuicem correspondent, item in eius in Diosc. commento lib. 4. ca. 37. de eupat. in meo Codice Latino anni M D L X X. ita ad verbum, cæterum Mesues quoq; habet suum peculiare eupatorium, quod vt ex eius descriptione apparet a prædictis longè diuersum est. Id nanque pluresab radice emittit caules, foliis minori Centaurio similibus, per ambitum laciniatis, floribus aureis, in vmbellam cohærentibus Helichrysi modo, Hoc nostratibus Senensibus, vulgò vocatur Herba Giulia, nascitur in campestribus, atque vt mea fert opinio ea est planta, quæ Dioscoridi Ageraton dicitur, quippe quç omnibus notis illi respondeat. Et paulò post subdit.

Hinc itaq; addiscant Mauritanorum sequaces cum tres habeantur plantç nomine Eupatorij, in medicamentis a Mesue relictis suum interponere eupatoriũ; in Auicennæ remediis suo item vti, & in Grçcorum compositiones Agrimoniã vulgò vocatam addere.

Sed

Sed pace Matthioli tanti viri oculatiſsimi, cuius manes, ne hic mortuos flagellare dicar, id etiam antiqua ex Plutarcho Solonis lege vetante, nunc mihi parcant, In Io. Meſuis Eupatorij deſcriptione, vbi ſunt illa verba, Plures ab radice emittit caules, vbi flores in vmbellam coherentes helichryſi modo, Notæ verę nothæ, falſæ, & adulterinæ ab ipſo Matthiolo inter Eupatorij a Io. Meſue deſcripti notas veras, & legitimas relatæ, vbi etiam in Dioſc. Agerati deſcriptione, Plures ab radice emittit caules. Imò ſimplex ex ipſomet Matthio. legitur. Vbi quod herba pulicum quibuſdam dicatur, vbi lentor, ſeu viſcoſitas adhærens, quæ duæ vltimæ notæ inter Eupatorij notas ab ipſo Io. Meſue referuntur. De quibus, & aliis notis ſupra copioſè, & abundanter diximus. Dioſcorid. ergo Ageratō omnibus notis, vt voluit doctiſsimus Matthiolus Io. Meſuis Eupat. nec omnibus numeris reſpondet. Amicus quidem mihi Matthiolus, ſed magis amica veritas, & ſi liceret hic mihi eandem cantilenam canere, eandemq; Crambem repetere, ſcirem libenter a Matthiolo, ſeu eius aſſeclis, tandiu .n. diſcas, quam diu neſcias; vel potius quandiu viuas, eſt in veteri adagio. Quis literarum Arabum, & Latinorum peritiſsimus interpres, Gafet, Arabicè, omnibus interpretibus doctiſſimis vno ore, & conſenſu Eupatorium Latinè, ipſius Io. Meſuis Agrimonia, vt etiam a Syluio vocum in Io. Meſuis antidot. obſcurarum interprete optimo optime ſcriptum fuit, nunc verterit Latinè Ageraton, & vnde hæc iſta noua methamorph. Deinde quo nomine ab ipſis Arabib. quod idē Matthioli indictū nobis reliquit Ageratō, & eius ſuccus appellatur, Tertio quis ex Arabibus herbā pulicū, ſeu pulicariā Ageratō dixerit, & lētorē in ipſo digitis adherētem offēderit; 4. quis ex Arab. vim ſoluēdi, ſi nō phlegma ſaltē choleram Agerato aſcripſerit. 5. & vltimo, Quis ex Arabib. de Agerati, eiuſq; ſucci viribus ſcripſerit, & de eius facultatibus manifeſtis, & occultis ex omnibus medicis periculum fecerit, quod nomen, quas notas, quas vires de Agrimonia, ſeu Io. Meſuis, ſeu Dioſcoridis Eupat. eiuſq; ſucco me optimè, & ad vnguem ex ipſis Arabibus indicaſſe, atq; Io. Meſuem Arabem ex Arabibus declaraſſe mihi ipſi perſuadeo.

Et ſi Io. Meſues Eupatorium ab ipſo deſcriptum aliud a Græcorum, Arabum, & Latinorum Eupat. Cuius quadregies, & eò amplius in ſuis ſcriptis meminit, ſi non nomine ſaltem re longe diuerſum iudicaſſet, id in re non parui momenti, in qua de corporis noſtri tutela, & ſalute agitur, ſicco, & tacito, vt aiunt pede præteriſſet, & ſi ſuum peculiare, vt voluit, & ſibi perſuaſit Matthiolus habuit Eupator. cur Hamec, cur Sabur Heben Girges, cur Haly Senioris, cur Philagrij. Cur denique Meſuy Iuhæ, & aliorum veterum Arabum, & Græcorum medicamenta Eupatorium continētia in curandis morbis ipſemet proponit, ſeligit, ac maxime commendat?, vbi etiam vox illa Eupatorium noſtrum Eupat. n. nobis inuentū. Eupator. ex inuentione noſtra, vox, & verba toties ab ipſo in eius pręſertim de ægrit. libro de medicamentis a ſe ipſo inuentis, & ſibi ipſi peculiarib. repetita, vt hiera noſtra, pilulæ a nobis inuentæ, ſyrupus ex inuentione noſtra. Confectio noſtra, Elect. à nobis inuentum, Alchohol ex inuentione noſtra, Caput purgium noſtrum Diapapauer a nobis inuentum. Cerotum ex inuentione noſtra, Medicamen noſtrum, vnctio a nobis inuenta, linimentum ex inuentione noſtra, Aliud noſtrum, lochoc à nobis inuentum, Emplaſtrum ex inuentione noſtra, clyſtere etiam aliud noſtrum. Et plurima id genus alia, quibus ſcatent eius ſcripta, quod tamen nuſquam de Eupat. ab ipſo Io. Meſue dictum legitur. Et tamen alias in re, vel minima ab eo obſeruatum obſeruauimus pluries, vt de ſimpl.

lib.

lib.2.c.4.de Colocynthide varios rectificationis modos.c. 19. de Sagapeno, varics eius præparationis modos,& in eius Antidotario variatum condiendi zingiberis modum,& de ægritud. capitis lib. 2. summa iij. ca. 5. variatum rei præparatę modum,& pondus obseruat,& animaduertit diligentissimè quanto magis variata rei substantia ipsi faciendum fuisset.

Interim scirem etiam libenter cur huiusce nouæ opinionis fautores,& asseclę Matthioli eorum principis de eupat. in medicamentis cōponendis dogma paulo ante scriptum non obseruent,& sequantur,cum in omnibus medicamentorū compositionibus,in quas Eupat.ingreditur,semper Io. Mesuis eupatorium, i. Ageraton velint,& decernant eligendum,& tamen vix vna ex ipsis omnibus, & multis eupatorium recipientibus ab ipso Io. Mesue inuenta numeratur,& agnoscitur medicamentorum compositio.

Sed quid amplius,si medicamenta eupatorium recipientia,vt pilulæ Haly,& & id genus reliqua,& ea max. quæ eisdemmet simplicib.& rerum ponderibus à Græcis,seu antiquioribus Arabibus,seu Ioanne Serapionis,Auicenna,& Io.Mesue describuntur,vt de pilulis ex Eupat.& Troch. è lacca perbellè a nobis ostensum fuit,Agerato,non autem eupat. vt voluit Collegium Romanum,& pęnæ,& mulctæ irrogatione præcepit,& mandauit Mediolanensis Protophys. a nostris conficiantur pharmacopolis,hinc medicis Græcorum sapientum,& Arabum antiquorum optimam doctrinam,& eorum medicamentorum vsum , & experientiam sequentibus, in curandis præsertim hepatis vitiis,Agerato præter,& contra eorum omnium mentem,votum,& scopum,ipsis etiam inuitis,& nolentibus in maximum ægrotantium damnum vti necesse erit.

Sed fac etiam ita esse,quod nouus exoriatur,& exurgat Matthiolus,& interpres,qui Gafet Io. Mesuis omnibus interpretibus eupatorium,nunc vertat latinè Ageraton,Fac etiam ita esse,quod Io. Mesuis eupat. & Dioscoridis Ageratō omnibus notis,& omnibus numeris sibi inuicem respōdeant,& quod reuera Eupatorium Io.Mesuis sit verum Dioscoridis Ageraton. Quid tum postea, Hinc ergò in omnibus medicamentorum compositionibus,in quas Eupatorium ingreditur, Agerato semper,& perpetuò vtendū erit,& magis vni,& soli Mesui,quam omnibus Græcis, Latinis,& cæteris Arabibus medicis de vero, & Regio Dioscoridis Eupat. vera scribentibus, & feliciter , felicissimoq; successu , & euentu, in morbis curandis vtentibus credendum foret. Quo etiam herclè Eupator. & nos sępius haud infeliciter vsi sumus,& maxime in Marchesio è Marchesijs Laudensi, fluxum hepaticum decem iam annos patienti,qui iam ferè medicorū spe, & opera,& medicamentorum Sylua frustrata. Aqua è Villa in agro Lucensi Agrimonia diluta nostro consilio, & Dei omnium munerum,& bonorum largitoris auxilio factus est sanus,Item Ioannes Bossius nobilis Laudensis mihi intimus amicus ex eodemmet morbo,non tamen ita diutino,eodemmet remedio,& Dei munere,& auxilio cum iam de naulo cum Charonte,vt est in Adagio paciscere-tur,sanitati,deluso partitore,restituitur,& eorum vterque adhuc viuit, Dimisso igitur bene,contractis velis,tempus admonet,& instat, ut receptui canamus.

Cum omnes Græcorum,Arabum,Io. Mesuis interpretes,ac etiam medici omnes Latini vno ore,& consensu Eupatorio id nominis indiderint.Cum tota Gręcorum, Arabum,& Latinorum medicorum familia,Idemq; met Io. Mes. easdem ferè notas,easdemq; facultatas omnes Eupat. ascribat, Nullumq; etiam peculiare sibi Io. Mesues habuerit Eupatorium,cum tota Græcorum, Arabum,& Latinorum

norum

norum Schola,eorumq; omnium tria amplissima, & antiquissima Collegia eisdemmet in debellandis,curandisq; morbis Agrimonia, seu Eupatorio, Agerato autem vix vnus Amathus.f.Lusitanus,& extrinsecus,vtantur. Cum omnes denique Greci, Arabes, atque Latini medici Agrimoniam,ab Eupatore Rege eius inuentore Eupatoriam ab hepate iuuando Hepatoriam,&Hepatisim certatim tot nominibus,pleno ore,& summis laudibus celebrare voluerint, non autem Ageraton, Cumque etiam Agrimonia,seu eupat. quotidiè, & singulis ferè horis in omnium medicorum ore. Et pharmacopolarum manibus versetur. Ageraton verò nunquam.

Si medicina certa pro incerta,si medicina experta pro non experta, Si medicina ab omnibus illustribus,& non pœnitendis medicis laudata, omniumq; medicorum suffragiis,vsu,& experientia cognita,summaq;fide approbata,& sibyllæ foliis descripta,Pro medicina omnibus Arabibus,ac etiam Io. Mesui re, & nomine incognita,& a nemine omnium medicorũ in hepatis vitiis, & venenis, nec laudata,nec approbata,est relinquenda,& antiquissimo etiam aulæ omniũ medicorum iure contra fas,nefasq; est priuanda,& Regia ipsa autoritate sibi debita est spolianda, quos initio meæ disputationis non mihi aduersarios, sed Iudices esse volebam,nunc etiam eosdemmet perpensis diligẽter meis rationibus & argumentis,ac meis tanquam ex Iouis tabula examinatis testibus, vt tandem ad humani corporis salutem,pro ipsius corporis tutela,& salute, rei veritate benè intellecta, postquam eò mens mea,eò consilium meum dirigitur,vt ex diuino Hipp. oraculo, & præcepto prosim, aut saltem nequid noceam,huic nostrę de Agrimonia,seu Eupatoria Regia in medicamentorum compositiones a Io. Mesue Damasceno,in eius Antidotario descriptas restituenda, & Agerato hinc penitus relegando,disputationi perpetuum imponatur silentium,& iustissimos Iudices, & integerrimos Areopagitas esse denuò volo, Constituo, atq; confirmo.

Imprimatur.

Paulus Dunierius Sacræ Theol. ac I. V. D. S. M. Magdalenæ Prep. ac S. Officij Laudæ Consultor minimus pro M. R. P. Vic. Sanctæ Inquisitionis, vt de illius mandato.